Heu mihi quod nullis amor eſt medicabilis herbis. Nec proſunt domino que proſunt omnibus artes. Ite procul quia etiam romanis erat odioſa profeſſio Unde Aenei iiij. Magicas inuitā accingier artes q̄d nō credere dignum eſt Unde de phitoniſſa que Samuelem excitat dubitant theologi an Samuelem reuera an nec̄ ſpiritum in illum transfiguratum quod Aug⁹ potius aſſerere videtur. Animas reuocatis ab orco .i. ab inferno vrgente Unde orcus. quaſi vrgus quibuſdam dictus videt̄ Sicut buco. Uerum ſepe animas imis excire ſepulchris Atq̄ ſatis alio vidi traducere meſſes Uanis precibus id impie ſed et amanti amātium Epicuro tamen dignum Soliuagum non in ſolo: ſed ſolum vagantem ſoli autem ſibi videntur amantes dum ſine amato. Per luſtra: per latibula aut latebras: ignota .ſ. hominibus hoc eſt inuia. Aenei iiij. de Didone Semperq̄ relinqui Sola ſibi ſemperq̄ longam incomitata videtur Ire viam ꝛc. Id autem erat ꝛ eſt nunc huic future mortis indicium

Talia iactantem verbis conabar amicis
Flectere: ſed vulnus nihil inſanabile curat.
Illū per campos nox intempeſta ſilentes
Illum exorta dies inter dumeta videbat
Inſomnem ſemper: raro ſiluestria poma
Carpentem: ꝛ potu contētum ſimplicis vnde
Poſt longos gemitus: exhauſtaq̄ lumina fletu
Aſſiduo poſt lamenta ꝛ conuulſa frequenti
Pectora ſingultu moriens finiuit amores.
Exanimum corpus tumuli ſine honore relictum
Nocturne abſumpſere fere: volucreſq̄ diurne.
Heu funeſta lues: fatalis machina paſſim Fau
Corda venenatis penetrans humana ſagittis
Aequiparans hominem pecudi: que pocula circe
Que peiora vnq̄ potuit dare philtra calypſo?
Que ſtix: quis phlegeton? grauior: q̄ maior erynnis
O ſtulti quicunq̄ deum dixiſtis amorem.

Num natura nocens deus eſt: vbicūq; locorum
Sit deus: eſt homini clemens: innoxius: equus.
Heu miſerande puer tenera ſublate iuuenta:
Que tibi naſcenti luxerunt ſydera: que tam
Noxia pars celi ē: vt te nil tale merentem
Leſerit: ⁊ primus infortunarit ab annis:
Nec tamen omnino celum tibi defuit omne
Carmen: ⁊ argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras niſi te mors immatura tuliſſet
Dignus eras hederis: dignus parnaſide lauro.
Nec melius cecinit pugnas ac triſtia bella
Hordea ⁊ agrorum cultus ⁊ paſcua noſter
Tityrus a magno tantum dilectus alexi.
Namq; tui precox animi ſolertia nobis
Cognita iam pridem magnam producere frugem
Ceperat et ſpecimen tulerat virtutis ⁊ artis.
Non vulgare tue: poteras iam gloria dici
Ruris: ⁊ etatis decus indelebile noſtre
Tepadus ⁊ noſter lugubri myncius ore
Cum nymphis fleuere ſuis: vt thracius hebrus
Orphea: te triſtes ouium fleuere magiſtri:
Ut daphnim luxiſſe ferunt. te paſcua et agri.
Undiq;: et audita ē totis querimonia campis.
Spargite paſtores tumulum redolentibus herbis:
Atq; ſacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite: et eternam requiem cantare poete.
Tu tamen arua tenes patrie melioris: et altum
Incolis elyſium. nos hic te flemus amynta.

Flendum hodie nobis fuerat: nam triſtia nocte
Neſcio que meſtis cernebam inſomnia formis
Sed iam veſper adeſt: ⁊ ſol ſe in nube recondens
Dum cadit agricolis vicinos nunciat imbres.
Cogere ⁊ ad caulas pecudes conuertere tempus.

Talia iactãtem) Fortunati eſt in ſua pſona loquentis ⁊ impietatem atq; amẽtiã amyntẽ damãtis Aenei .i. Talia iactanti ⁊c̃ Verbis amicis .i. que amicos decent. ẽ eñ amicus a. um. adiectiuum Vñ amicior amicior amiciſſimus legunt̃ Conabar id vere: quia ſine effectu conamur Sed vuln⁹ .i. ſed nihil .i. nulla res curat .i. purgat vulnus inſanabile Nullum tamen ẽ in moribus talẽ ante ſupma fata Aut vulnus inſanabile nihil .i. nihili curat vba Inter dumeta .vbi dumi ⁊ vepres creſcunt Inſomnẽ .i. nullum ſomnum admittendum: qd̃ miſere amantium ẽ enei .iiij. At non infelix animi phenissa: nec vnq̃ Soluit̃ in ſomnos oculi ſue aut pectore noctem Accipi Syluestria poma in ſyluis naſcentia Exhauſtaq; lumina .i.

Calypſo

oculos exhauſtos Moriens finiuit amores Vñ ⁊ comic⁹ Hãc niſi mors mihi adimet nemo Dixit tñ Maro Cure non ipſa i morte relinquũt Sine honore tumuli .i. inſepultum Fatalis machina alludit ad equi troianum de quo Maro Aenei ij. Scandit fatalis machina muros. Fatalis igitur machina id ẽ inſtrumẽtum ad exitiũ fatale ducens Aequiparãs hominem pecudi Vnde ficte ſunt trãſformationes q̃s circe in ſocios vlixis exercuit. Pſal. Non cum eſſet in honore non intellexit ⁊c̃ Philtra .i. amatoria pocula ad amorem inducentia Circe aũt ⁊ calypſo ⁊ odiſſea homerica notiſſime ſunt: ad quas vlyxes appulſus dr̃ De circe quidem ſol' filia

Philtra
Styx
Phlegeton

ad principium ſeptimi Aenei pla videbis Calypſo aũt autore Heſiodo oceani: aut tethyos aut homero indice atlãtis filia inſulam a ſe denominatam i mari ionio texuit. ad quam vlixes vt a Circe diſceſſerat naufragus puenit: ⁊ amatorio illectus ſeptem annos pmanſit: vixq; diuelli potuit. Philtra autem dicũt: quia philos amator dr̃ pocula aut carmi: aut alia ad amorem inducentia Que ſtyx infernalis palus a triſticia dicta Phlegeton fluuius ab ardore denominatus Erynis dr̃ furia Num .i. nunquid natura nocens Phiſice hoc dicit Nam virtutes naturales deos dicebant Vñ pli. li. ij. nau. hiſto. Fragilis ⁊ laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit: fragilitatis ſue memor: vt portionibus quiſq; coleret: q̃ maxime indigeret ⁊c̃ Vnitergo amoris cupidinẽ genere maſculino: q: deũ dicebant Que tibi naſcenti luxerunt ſydera Itẽ fatale putat: vide vbi de fato lo-

Maturum
Precox.

cuti ſum⁹ Celum de fuit .i. benigna influentia celi Doctus eras quẽuis ſui temporis doctum deflet: ſecutus Maronem in Daphnide Nons immatura .i. ante maturitatem veniens Id enim dicitur immaturum qd̃ nundum ẽ maturum Precox autem quod autem ante tempus maturum q̃ſ. precoctum ⁊ precoquum Illud autem inquit Quintilianus Precox ingenium haud temere. ad frugem puenit: quia precoci ingenio predicti aut cito moriuntur: aut ſtudia deſerunt Dignus eras hederis quibus cor

ronantur poete . eo quod ſunt in tutela liberi patris qui eis coronatus ex I
dis rediit Hora . Me doctarum hedere premia frontium dijs miſcent
ſuperis Perſius quorum imagines lambunt hedere ſequaces . Juuena
Ut dignus venias hederis ⁊ imagine macra Uirgilius . in buc . Atq;
hanc ſine tpa circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros Et ite/
rum hedera creſcente ornate poetam ¶ Dignus parnaſide lauro id eſt
in parnaſo monte phocidis boeciam verſus muſis ⁊ appollini ſacro naſcē
te Eſt ergo parnaſus patronymicum a patria ſumptum: ſed hic pro no
mine patrio ponitur quaſi ſit parnaſica Nec melius cecinit pugnas: vt
in aenei . Et agroꝝ cultus : vt in Geor . Et paſcua id ē paſtores vt in buc
Nam etiam paſcua in Geor . dicit noſter id eſt noſtras : hoc ē Mantua/
nus tityrus . i . Uirgilius p ſe tityrum in patrio buco . carmine ſignifica/
uit a magno alexi id ē auguſto Precox ſolertia : quia ante barb m Et
ſpecimen tuleras . ſ . pre te . aut abſtuleras ſpecimen . i ornamentum Non
vulgare id eſt egregium Cum nymphis fleuere ſic Maro de Daphnide
in daphnide : vt thracius hebrus . ſ . fluuius : orphea . ſ . fleuit v . iiij . georgi
innuit poeta Ut daphnim de quo in buc Uir . latei . Spargite paſtores
ſic in daphnide Spergite humum folijs inducite fontibus vmbras paſto/
res . mandat ſibi fieri talia daphnis . Et tumulum facite Et hec pro epice/
dio ſunt quod canit ante in humationem . Sequentia epitaphij quod in
humationem canitur vicem habent Tu tamen arua tenes hoc quidē
videtur minus quadrare ſuperioribus Nam cum furor ⁊ amentia atq; in
pietas in ſuperos : ⁊ vilipenſio legum in amynta dixerit : ⁊ ita mortuum
nec penituiſſe ſignificauerit non videtur congrue dicere : ⁊ altum in colis
eliſium . i . paradiſum Sed purgari pōt tum q a paſtoribus hec dicunt tū
quod aſſerendo eliſium incolere tacite penitentiam egiſſe ſignificat Cerne
bam in ſomnia . fantaſmata nocturna qſi future lachrimationis prognoſ
tica idq; ex ſuperſtitione ruſtica Vicinos nunciat imbres Uir geor . p/
mo Sol quoq; ⁊ exoriens ⁊ quum ſe condet in vndas . Signa dabit ſolē
certiſſima ſigna ſequentur ⁊c Sed illic de ortu dicit quod hic de occaſu
Addit em̄ ille vbi naſcentem maculas violauerit ortum Conditus . innu
men . medioq; refulſerit orbe Suſpecti tibi ſint imbres Cogere ⁊ ad cau
las id ē ouilia . Uirgi in ſileno Cogere donec oues ſtabulis numerumq;
referre . iuſſit Tempus cogere pro cogendi greca locutio vt Et iam tēpus
equum fumantia ſoluere colla .

Hedere

Parnaſus
Parnaſis .

**¶ Aegloga iiij que dicitur . Alphus . de natura mulierum Colloquutores Alphus et Jannus**

Janne caper (video) macer ē tuus eē ſolebat Alph
Acer: ⁊ elatis in celum cornibus ire.
Nunc deiectus humi flaccis piger auribus herbam
Olfacit: ⁊ ſummis attingit gramina labris
Languet: ⁊ ex iſto languore facetia ſurgit: Jan
Que quotiens memini: riſum ciet: edita nondum ē.
Edita cum fuerit: totus mirabitur orbis.
Janne ſoles narrare ſales lepidiſſime: ⁊ ore Alphu
Suauiloquo dic ergo tuus cur langueat hircus.
Res non ficta (deus teſtis) ſed facta recenter. Jan
At dulce id facinus non eſt narrabile gratis.
Quid precij ſperare licet: que dona reporto:
Janne vbi congeſſit nidos philomena docebo. Alph
Qui leuiter ſpondet: promiſſo eludit inani Jan
Qui non credit inops fidei: ſed pignore tutum Alphu
Te faciam: duo tela mea deprome pharetra

Anne caper Principiũ hui⁹ egloge ex macie capri captat occaſionē facete narrationis. de paſtore mercenario q̄ captus amore puelle ī foueam feris poſitã ī cidit. vbi īuētus ⁊ a vicinis ruſticis extractus furorē amoris nō deſtituit occaſionē cui⁹ graphice mulierꝫ īgenia deſcribūť Macer ē q̄ ſolebat eē acer ⁊ elatis ⁊c̄ Vñ qđ ī extra de hoīb⁹ dī etiam q̄buſdã beluis cōpetit Profecto hoc ſic ē vt puto oīb⁹ nobis vt res dãt ſeſe: ita magni atqꝫ humiles ſum⁹ flaccis Auribꝰ.i.auricul' laxis ⁊ pēdētib⁹ q̄ mollib⁹ Herbã olfacit id morbi īdicium ē. Riſuz ciet.i.excitat a cigo ſcōe ē eīn pſētis tpis Totus mirabiť orb Ruſtica iactãtia ⁊ garrulitate hoc dicit Nã ſi ex pſona poete dicať vere illi dici poſſet Parturiūt mōtes naſceť ridicul⁹ m⁹ Quid eīn mirũ ſi ruſtic⁹ .i.prudēs ī foueã cecidit Janne ſoles narrare ſales.i.nō īſulſos apologos Ubi cōgeſſit latini⁹ maro Nãqꝫ notaui ipſe locũ aerie q̄ cōgeſſere palūbes Nã q̄ ferre aut tēdere ad locũ ſnt: vt cōuenio cōſluo cōgero aduerbiũ ad locũ deſiderãt. ⁊ nō ī loco poteſt tñ dici vbi cōgeſſit.i.cōcinauit ⁊ cōſtruxit poſtq̄ allata fuit materies Qui leuiť ſpōdet. puerbiale ē nã fere vſu venit vt q̄ cito pmittit difficulter pmiſſa exhibeāt: ⁊ ecōuerſo qui nō credit Alio deuerbio ex arte rethorica reſpōdz Qui nō credit īops ē fidei q̄ q̄l' q̄ſqꝫ ē. talē iudicat q̄mlibz ⁊ ita q̄ fid⁹ nō ē neminē fidũ exiſtiat Deprme.i.exime duo tela.i.duo ſpicula aut duas ſagittas q̄ ſt paſtorib⁹ apta. vir. cũ daphnidis arcũ fregiſti ⁊ calãos

Ubi ⁊
Quo.

Incipiam.nymphe parnaſides ora mouete. Jan
Et memorate mei dira infortunia capri.
Ac phylomeneos alpho concedite nidos.
Conductus mercede puer prefectus ouili
Aſſidue paſcebat oues caprum atq; capellas
Seruitium nobis pueri fuit vtile:donec
Uirgine conſpecta que tum huc veniebat aquatum
Tabuit.ex illo vecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem contẽnere caulas
Cepit:⁊ exhauſto ſubuertere cuncta cerebro
Cum ſopitus erat:poterat vigilaſſe videri.
Nugabatur enim:quando vigilabat inerti
Corporis officio:ſoluebat ſomnia mente.
Hunc ergo inſaltu ludens per cornua caprum
Uiminibus validis inter dumeta ligarat:
Quarta dies hodie:tentans an vincula poſſit
Uincere ceruice ac predure robore frontis.
Queſitum interea nidos nemus omne pererrat
Corda ſubit virgo:dilecta recogitat ora:
Ora:ſinus:⁊ que fari pudor:omnia voluit:
Cap fugit interea:capri redit immemor:alta
Nocte:recordatus ſurgit:pauidusq; per vmbras
Dum graditur.ruit in foueam:que fronde ſaligna
Captandis obducta feris ⁊ ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto.
Eſt caper in vinclis.puer ẽ in carcere paſtor
Nullus oues curat.iam tertia. luxerat hora.
Miror:oues reſero ac numero:caprumq; requirens

Obſtupeo: puerum clamo: magalia luſtro.
Vera loquar magicis: ne forte liquoribus vnctus
Eximui aſſenſo migraſſet in aera capro:
Namq̃ʒ ſtriges tali fama eſt ope: nocte vagantes
Ad quedam longinqua procul conuiuia ferri.
Attonitus tandem pecudes ad paſcua duco
Dumq̃ʒ pedum meditans ſub ꝯo nemus: ecce per vmbras
Ecce procul caper in dumis ſtrepit: atq̃ʒ reluctans
Cornibus aduerſis contra ſua vincula pugnat.

Incipiā) Sic enei .ij. Incipiam Fracti bello. Nymphe parnaſides
id ē muſe parnaſum frequentare ſolite Ora mouere Vir. Pandite nunc
helicona dee: cantuſq̃ʒ mouere Sed quia precipitur ab Hora in arte Nec
deus interſit niſi dign⁹ vindice nodus inciderit videbitur quibuſdā nō apta
inuocatio quia non debet deus inuocari aut induci difficultatē diſſoluiſſe
niſi res tanta ſit: vt opib⁹ humanis ſciri aut geri nequeat Verum poete
aliqñ ridicule aliqñ iuxta eſtimationem inuocantis inuocationem faciūt
Unde Iuuenalis deſcripturus rumbum dicit ſaty iiij. Incipe caliope: li
Vecors — cet hic coſidere non eſt cantādum: res vera agit̃ narrate puelle pierides: p
ſit mihi vos dixiſſe puellas Hoc autem ridicule dicit hic vero loquit̃ ruſti
cus: cui quam dicturus ēres ſummā difficultatem habere viſa ē Unde p
dixit: tot⁹ mirabitur orbis Philomeneos q̃s philomena cōgeſſit Codꝯ
tus ergo mercennarius Seruitiū igit̃ .i. famulatus Tabuit .i. leta tabe
exhauſtus ē Vecors .i. praui aut peruerſi cordis: frigidus .i. negligētius ſi
Nugari — cut in re diligēti dicit per cōtrarium Maro Feruet opus: exhauſto corꝯ
bro nimia ſollicitudine effeto Cum ſopit⁹ .i. ſomno obrutus erat Poterat
videri eē vigil nugabatur eniʒ .i. ſecuʒ inaniter loquebat̃ Hora. Neſcio
quid meditās nugarum Perſi⁹ nugari ſolitos Ludēs id ad ludū vt cōti
nuimi pmeret In ſaltu in paſcuis vbi pecudes ſaliūt tentās .i. periculum
faciēs Queſitū perrat .i. perrādo it queſitum Non enim cōſtruit̃ pus ſu
pinum ſine motu ſaltē latente Et q̃ fari pudor ſup. ē id ē gremiuʒ ꝛ intra
Magalia — gremiū pudēda Fronte ſaligna .i. ſalicum folijs Obducta .i. obſtructa inꝯ
pficie: captandis feris .i. ad captandas feras Iam tertia luxerat hora ſi
poſterioris diei Reſeco recenſeo aut ſeparo Magalia .i. caſas ꝛ tuguria
Stryges ſortilege ꝛ magicis pſtātes Ad quedam longinqua. Id eſt ſibi
pſuadet: denominib⁹ illuſe Ecce .q.d. preter ſpem.

Finis

Terruit in cautū ſubito feralis imago:
Et nil tale ratum firmato pectore tandem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Noſco animal: ſubienſq; rubos ſeco vincula runca.
Sero domum rediens: video per paſcua longe
Turbam exultantem riſu iuueniliter alto.
Ut prope conſtitimus: meq; agnouere ſalutant.
Et tuus ecce aiunt: puer hic o iane luporum
Erutus e foueis: dum nocte perambulat agros
Incidit in caſſes: ꝛ ſic iuuentus vterq;
Et caper ꝛ paſtoꝛ: caper hec incõmoda paſſus
Languet adhuc: puer imprudẽs inſanioꝛ hirco eſt.
Uirgo ſuperbiuit moꝛ: vt ſe audiuit amari:
Et pueri ſimulans curam ignoꝛare: pudoꝛem
Fingit: vt ad foꝛmam faciat pudoꝛ: oꝛa ſinumq;
Oꝛnat: ꝛ in terram verſis incedit ocellis
Callida vulpina rem ſimplicitate gubernat.
Hec ſtudia: hi caſſes: hec ſunt mulieribus arma.
Ille ſua ſperans galathea aliquando potiri
Contempta mercede ſuos ſectatur amoꝛes
Propterea plauſtro ſtiua bobuſq; relictis
Ad paſtoꝛis opus redeo: ſubiecta furoꝛi
Iſta iuuentutis leuitas rura omnia vexat.

¶ Terruit incautũ. Rem pſeq̃tur. Feralis. i. terribilis vt fera id eſt moꝛs. Fera.
Nã ſi dicat imago feralis. i. ipſius ferę nõ videat ratio carminis ſtare. Nã fera pͥmã coꝛripit: feralis pͦducit. ęnei. iiij. Solaq; culminib᷒ ferali carmĩe bubo. Incautũ ꝛ nil tale ratum. Firmato pectoꝛe tandẽ noſco aĩal. ſcꝫ vbi ꝓpius acceſſerat. Seco. i. abꝛumpo vincula quib᷒ in vepꝛibus alligatus erat. Incidit in caſſes: in foueã: in laqueos: Oui. Incidit in caſſes pͥda petita meos. Uirgo ſubiuit principium pꝛincipalis narrationis. Et pueri ſimulãs curã ignoꝛare. Nõ ſimulãs curã: ſed ſimulãs ſe ignoꝛare curaꝫ ſcꝫ amoꝝ. Nã ſimulamus id quod non eſt eſſe: diſſimulamus id qđ eſt nõ eſſe. Pudoꝛẽ fingit. i. ſimulat ꝛ fallaciter pꝛę ſe fert. Oꝛa ſinũq;: in quib᷒ muliebꝛis ſpẽs. In terrã ꝟſis. Id eñ pudicas decet. Uñ ęnei. i. Tum breuiter dido vultũ demiſſa ꝓfatur. Hec ſunt mulierib᷒ arma. mulierib᷒ natura antepenultimã coꝛripit: ſed neceſſitate ꝓducit. Luc: Si qua deum ſo Simulare Diſſimulare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

boles: ſiqua eſt mulieris origo. Sua galathea: puella lactea: ſed ruſtica Vñ maro. Nãq; fatebar em dũ me galathea tenebat. Nec ſpes libertatiſ erat: nec cura peculi. Cõtẽpta mercede ſcʒ quã a Janno accepat. Iſta ide vilis: leuitas. i. incõſtãtia ꝓpter amores ꝛ leues mores.

Quod nequit ingeniũ caſus facit: o ſtupor o ſors — Alph.
Ingenioſa: o res riſu celebranda bimeſtri
Janne fides ſeruanda: tibi philomena laborat.
Sed quod tam vafro memoras de virginis aſtu
Retulit in mentẽ: quę pſallere ſępe ſolebat
Carmina fęmineis olim de fraudibus vmber.
Dic vmbri dic ſi quid habes meditare parũper — Jañ.
Et verba ꝛ numeros. vmbri eſt memorabile carmen
Eſt vt ais: ſed nõ gratis: memorabile carmen: — Alph.
Quas referes grates: ꝛ quid mercedis habebo.
Accipe: promiſſis abſoluo: ꝛ ſpicula reddo. — Jañ
Dũ vado ad ventrẽ poſt hęc carecta leuandũ. — Alph.
Janne meũ tu coge pecus: ne vitibus obſit.
O aries aries qui tortis cornibus atrum — Jannus
Dęmona pręſentas: ſemper vineta ſubintras
Non ſapies donec foſſa tibi lumina fronte
Eruero. non ſunt porrecta in iugera centum
Paſcua ſat. niſi pampineos populeris ꝛ agros.

¶ Quod neq̃t ingeniũ caſus facit. Interloquit̃ Alphus ne vnius ſermo faſtidio ſit. Senſus aũt ẽ multa q̃ ꝑ ingeniũ excogitare neq̃as caſui in mẽtẽ veniũt. Riſu bimeſtri. i. duos mẽſes durãte. Tibi philomena laborat. id eſt nidificat. Vñ maro. Sic vos nõ vobis nidificatis aues. Fœmineis de fraudib; vmber hõ ex vmbria: ſunt q̃ Antoniũ cãpanũ intelligãt. Dic vmbri. Ordo ẽ dic: dic inquã ſi q̃d habes vmbri. i. de vmbro aut de carminibus eius. Virgil. Quin age ſi q̃d habes: in me mora nõ erit vlla. Et itẽ: Si quos aut phillidis ignes aut alconis habes laudes / aut iurgia codri. Meditarę exerce expire. Virgilius. Siluestrẽ tenui muſaʒ meditaris auena. Et ṽba ꝛ numeros. Idẽ Nũeros memini ſi ṽba tenerẽ. Nõ gratis. i. nõ ſine mercede. Promiſſus. ſ. palũbinis pullis. ꝛ ſpicula. i. ſagittas. Dũ vado ad ventrẽ ꝛc. hoc ꝑfecto nimis ruſtice: tã ꝛ ipſi ruſtico cõgruit: facit poeta

ad exprimendū morē ruſticū. Tu coge.i.cōpelle in vnū ne diuaget̃. Virgil. Tityre coge pecus. Ne vitib' obſit.depaſcēdo pāpinos: aut vuas decutiēdo. O aries aries. Allocutio ruſtica ad pecus. ſic Varo ad arbores Et vos o lauri carpā ⁊ te proxima myrte: Sic poſitę qm̄ ſuaues miſcetis odores. Nō abijcit̃ aūt nec corripit̃ o q2 vox monoſyllaba in p̄ncipio carminis poſita. Atrū demona .i.ſpm̄ male callidū: q̄ cū pingi vere nō p̄t: cornutus tn̄ pingit̃: Nō ſapies.i.nō eris ſapiēs ⁊ fugitās maloꝝ donec ego eruero tibi lumina: id ē oculos.⁊ hoc fronte foſſa.i.ꝑforata ⁊ excauata euulſis oculis.populeris.i.deprędęris ſpolies.⁊ id eſt etiā agros pāpineos id eſt vineas in quibus vites ſunt: quarū frondē pampinos vocamus.dicitur etiam populo. Virgi.ęnei. Nō nos aut lybicos ferro populare penates. Venimus ⁊c̄.

Janne recordatus redeo: ſed plurima forſan — Alph.
Nondū nota tibi referam: cognouerat vmber
Omnia: quę fas eſt homini p̄diſcere, cęlos:
Sydera, tellurem, ventos, mare, flumina, fontes:
Viderat ⁊ rhodopen: atq3 alta ceraunia: ⁊ oſſam
Gallica regna, ararim, rhodanū, tyberimq3 padūq3
Attica romanis referebat carmine verbis
Ore vtroq3 potens: ⁊ lingua primus vtraq3:
Hunc vnum nobis inuidit grecia: ⁊ ipſi
Archades: ⁊ thracum ſaltus: ⁊ theſſala tempe
Siquid erit quod forte velis tibi notius eſſe:
Candidus illius ſemper documenta ſequutus
Nō procul hinc.hęc ille tenet: nos ille docebit:
Sed iam ſeptiforem flatu experiamur auenam.
Ante tamē nymphę p̄cor vt libet rides adſint.
Preſertim quę plus meminiſſe polymnia fertur.

Janne ⁊c̄. Purgata aluo redit ad narrationem. Viderat et rhodopen. id eſt thraciam vbi Rhodope mons eſt: atq3 alta ceraunia.montes epiri a fulminibus dictos.⁊ oſſam montem Theſſalię. Ararim qui a Lugdunenſibus nunc ſagona dicitur.vterq3 autem tam arar ſeu araris quã rhodanus Lugdunum confluit.ad cuius confluentem erat olim illa ara. de qua Juuenalis. Aut lugdunenſem rhetor dicturus ad aram. Tyberim fluuium hetrurię qui Rhomam perfluit. Padum fluuiorum regem

Ceraunia
Oſſa. Araris
Tyberis.
Padus.

in italia in mare adriaticū ex alpibus inferioribus incidentē. Vñ Home-
rus eridanū q̄ ⁊ padus dr ex inferis ad ſuperos tēdere dicit. Attica .i. gre-
ca ⁊ potiſſimū attica. qꝛ attica lingua e q̄nq₃ grecoꝝ linguis cultiſſima ē.
romanis id eſt latinis ꝓbis. Nā aliter ea nō intellexiſſet ruſticus. Oret v-
troq₃ ⁊ greco ſermone ⁊ latino. ⁊ pⁱmus id eſt peritiſſimus vtraq₃ lingua.
Hunc vnū nobis inuidit grecia id ē inuide nobis eſſe cōſpexit. cū ſimilem
Tempe — nō haberet. qđ in vita Antonij cādani etiā de turchis cōmemorant. ⁊ ipſi
archades. ipſi emphaſim habet. q. d. peritiſſimi muſici. ⁊ cātare pares ⁊ re-
ſpōdere parati. ⁊ thracū ſaltus vbi Orpheus amphion alijq₃ cōplures ꝓ-
ſati ſunt vates. ⁊ tempe .i. ameniſſima loca theſſalię: in quibꝰ etiam muſi-
cus chorus ꝓſatus eſt. Candidus illius ⁊c. Per candidū credā poetā intel-
Libetrides. — ligi: cuius exterior veſtis vt carmelitis ceteris: ⁊ mens fere candida eſt. hec
id eſt documēta vmbri. Sed iam ſeptiforē id ē ſeptē foramina habentem
Virgil'. Eſt mihi diſparibꝰ ſeptē compacta cicutis Fiſtula. Libetrides
nymphę id ē muſę: aut libethrū locū quendā. in thracia aūt libethrū fon-
Polymnia. — tem in magnaſia regione theſſalię adiūcta incolentes. Maro. Nymphę
noſter amor libethrides ⁊c. Preſertim q̄ plus ſubaudi ceteris alioqui di-
xiſſet plurimū. polymnia                id eſt multū et                mnia id eſt me-
moria. dicit etiā polyhymnia id ē multoꝝ hymnoꝝ ſeu laudū. Horatius
Mulierū incō-moda — Nec polyhymnia Leſboum refugit tendere barbyton.

Femineū ſeruile genus/ crudele ſuperbum/
Lege/ modo/ ratione caret: confinia recti
Negligit: extremis gaudet: facit omnia voto
Precipiti. vel lenta iacet: vel concita currit.
Femina. ſemper hyems atq₃ intractabile frigus
Aut canis ardentes contriſtat ſydere terras
Temperiem nunq̄₃: nunq̄₃ mediocria curat.
Vel te ardenter amat: vel te capitaliter odit.
Si grauis eſt: meret toruo nimis hernica vultu.
Si ſtudeat comis fieri grauitate remiſſa
Fit leuis. erumpit blando laſciuia riſu:
Et lepor in molli radiat meretricius ore.
Flet/ ridet/ ſapit/ inſanit/ formidet ⁊ audet.
Vult/ nō vult/ ſecumq₃ ſibi contraria pugnat.
Mobilis/ inconſtans/ vaga/ garrula/ vana/ bilinguis/
Imperioſa/ minax/ indignabunda/ cruenta/

Improba/ auara/ rapax/ querula/ inuida/ credula/ mendax
Impatiens onerosa/ bibax/ temeraria/ mordax.
Ambitiosa/ leuis/ magna/ lena/ superstitiosa/
Desidiosa/ vorax/ ganee/ studiosa/ palatum
Docta/ salax/ petulans/ et dedita mollicie.
Dedita blandicijs. curande dedite forme.
Ire odijq; tenax: in idonea tempora differt
Ulciscendi animos/ infida/ ingrata/ maligna
Impetuosa/ audax/ fera/ litigiosa/ rebellis
Exprobrat: excusat tragica sua crimina voce.
Murmurat/ accendit rixas nil federa pendit:
Ridet amicicias: cura sua commoda tantum.
Ludit: adulatur: defert: sale mordet amaro.
Seminat in vulgus nugas: auditaq; ligna
Auget: et ex humili tumulo producet olympum.
Dissimulat: simulat doctissima fingere causas
Ordiriq; dolos: fraudiq; accommodat ora:
Ora omnes facili casus imitantia motu

¶ Foemineum seruile genus. Multa in muliebrem sexum supciliose dicuntur: que omnia in malas dici possunt. sed rarissime sunt bone secundum Lucilium qui dicit Heu facul est homini inuentu bona foemina nusquam vbi facul pro facile antique dixit Et Susarion megarensis antique comedie princeps. Audite populus Susarion hec dicit filius Philini megarensis tripodiscius Malum sunt mulieres. sed tamen o populares non adest inuenire domum sine malo. Multa tamen etiam in sanctis litteris in bonarum commendationem dicuntur. Sed mulierem fortem quis inueniet Modo. i. moderatione de qua Hora. ser. pmo. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit consistere rectum. Extremis gaudet quod ambo mala sunt quia vni virtuti duo vitia opponuntur alterum per abundantiam alterum per defectum peccans. Aut canis. i. canicula aut syrius. Odit preteriti est vocis et ita producitur Nec reperias apud idoneos odio nisi semel apud Ciceronem odias Nimis hernica. i. aspera vt hernici montes in italia asprimi Grauitate: remissa fit leuis quia Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Ducit enim in vitium vitij fuga si caret arte. Le-

Hernica

Gora

por meretricius .i. ſuaui loquiū ꝛ blandicie meretricibus digne Sibi cō
traria .i. īconſtās Vnde addit Mobil' inconſtans Aenei: iiij Variū ꝛ mu
tabile ſemper femina Imperioſa .i. affectatrix īperij Indignabūda faſtidi
ens frequēter Cruenta cruoris ꝛ ſanguinis appetens ꝛ maxie vt Iuue
docet vindicte Improba .i. improbanda Auara quia rapax ſed tamen in
utiliter expendit Iuue. Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum Ac
velut exhauſta rediuiuus pullulet arca Nummus ꝛ e pleno ſemper tolla
tur aceruo Non vnꝗ reputant quanti ſua gaudia conſtent Rapax ergo
vt ex pendat querula quia vt dicit Ju. Aut odit pueros aut ficta pellice
plorat . Maga .i. ſortilega magice arti intendens vt . Iuue in dicta ſexta
docet hic magicos affert cantus hic teſſalia vendit Philtra quibus vale
ant montem vexare mariti Lena etiam filiarum venditrix Ju. Scilicet ex
pectas vt tradat mater honeſtos aut alios mores ꝙ quos habet vtile por
ro Filiolam turpi vetule producere turpem Superſtitioſa quod Idē Ju
ue. in ſexta docet vt cetera fere que hic habentur ganee ſic ꝛ alij chriſtiani
poete ſed ganeo primam producit Satyric' Occultas ganoe pultes Pa
latum docta .i. delicata ſalax .i. luxurioſa Tragica voce .i. quali vtūtur tra
gici dum infortunia regum lamētant Litigioſa quia nulla fere cauſa ē in
q non femina litem Mouerit Nil .i. nihili pendit federa Ludit .i. illudit
Adulat deſert .i. clam defamat ꝛ crimen ocultū pandit Sale amaro id eſt
ſalſa ꝛ callida riprehentione Seminat .i. diſpgit in vulg' nugas .i. res fri
uolas Et humi tumulo ꝓducit olympum .i. nil ſibi non ꝑmittit poſſe ef
ficere Ora omnes ordo accōmodat inquam ora imitātia facili motu om
nes ca' .i. euenta omnia hoc ſcit ſe accōmodare rebus ꝛ ridere cū ridētibus
ꝛ flere cum dentibꝫ īmo interdum vtrumꝗ ſimul .

Non poteſt inſidias euadere: non potes aſtum
Vincere: tāte artes ſolertia tanta nocendi
Et quicquid videas oculis preſentibus audet
Excuſare nefas: potis ē illudere ſenſus
Sedulitate animi: nihil eſt ꝙ credere poſſis
Et nihil ē quod non: ſi vult te credere cogat.
His facient exempla fidem: que crimina nō ſunt
Feminea tentata manu dedit hoſtibus arcem
Decepta ornatu brachi tarpea ſiniſtri:
Seuit in natos manibus medea cruentis.
Tindaris egeas onerauit nauibus vndas.
Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillum

Fratrem biblis amat: ſubicit ſe myrrha parenti
Concubitus nati longeua ſemiramis ardet.
Cauſa necis vati coniunx fuit amphiarao
Occidere viros nocturnis bellides armis
Orphea menbratim cicones ſecuere poetam
Cognita luxurie petulantia paſiphae
Phedra pudicicia m contra crudeliter auſa ē
Decepit iudea virum rebecca ſuamq;
Progeniem velans hircino guttura tergo
Porrigit alcide coniunx fatale venenum.
Decipit hyppodame patrē lauinia troes
Implicat ancipiti bello brizeis achillem.
Depulit e caſtris demens chriſeide factus
Fulminat attrides: & ſentit appollinis iras.
Eua genus noſtrum felicibus expulit aruis

Nō dotes (Eandē rem proſequit̃ Aſtuz .i. aſtutiam. Nihil eſt qđ cre/dere poſſis Quia & q̄ꝗ videas oculis &c Iuue. Nihil ē audatius illis Deprenſis iram atq; animos a crimine ſumunt. Que carmina non ſunt femi nea tentata manu .q.d. Nulla non ſūt & ita omnia ſūt Tarpeia ꝓ go vt armillas quas in brachijs galloꝝ vidit habere tradidit ill̃ arcē capitolinam vñ armis brachioꝝ obruta interijt Dicit̃ aūt hic brachi ꝓ bra/chij quia aliter verſus non ſtaret Seuit in natos Vir. Seuꝰ amor docuit natorū ſanguine matrem Cōmaculare manꝰ. Nam medea ab iaſōe ſpreta omnes communes libros preter theſſalū trucidauit Tyndaris .id ē helena tyndari vt putabat̃ filia a paride rapta aut ipm̄ ſecuta mille carinis a grecis repetita ē. Scylla niſi mega rēſū regis filie abſciſſo purpureo capillo quem pater ſacratum habuit ad minoa hoſtem ꝑtulit Biblis vt Oui. meta .ix. docet exarſit amore Cauni fratris a q̄ ſpreta in fontem ſui nominis cōuerſa ē Subicit ſe myrrha parenti .ſ. cynare de q̄ .li. x. meta q̄ myrrha etiam in myrrham arborem illic cōuerſa dicitur Eſt autem in verbo ſubicit ſincopa Nam ſi vt debet ſubicit ſcriberetur eēt poſitio breuis Fecerūt tamē id alij quoq; Semi ramis regia babilonie & regni aſſyriorum mo/deratrix exarſit amore Nini filij quem ſe diu ſimulauerat vt. Iuſti docet li.i. Cauſa necis vati coniunx fuit ſcz eriphile de q̄ in thebaide Stacij multa legunt̃ Belides beli neptes filie danai fratris egipti regis que quin/quaginta nupſerunt totidem patruelibus id eſt patrui egipti filijs co

Tarpeia
Medea
Helena.
Scylla.
Biblis
Semiramis
Eriphile
Belides.

acte ab eo ſed a patre qui ab oraculo habuit ſibi cauendum a tali genero
perſuaſe prima noctę omnes maritos ſuos interfecerunt preter Hiperme
ſtrā quę Lino pepercit a quo Danaus obſtruncatus eſt. Licones mulie/
res thracię(vt auctor eſt. Virgil. in fine georgi)eſt Paſiphę vxor minois

Paſiphe.

regis Cretenſiū amore tauri incenſa ſe in ligneā vaccam a Dedalo efficā
includi fecit ⁊ ſic cum tauro cōcumbēs ⁊ poſtea cum minoe minotaurū ge
nuit Ordo eſt petulantia luxurię paſiphaę.i.ipſius Paſiphęę eſt ſupple co/

Phedra
Hyppolitus

gnita Phedra paſiphes ⁊ minois filia hyppolitum priuignum cui deſpō
ſata ſed non tradita a Theſeo fuerat interpellauit de ſtupro. at cum ille
renueret ne patri iniurius ſit:detulit apud patrem quaſi ille interpellaſſet
vnde credulus pater a neptuno ſiue a patre Ageo impetratis phocis ma
rinis beluis equi hyppoliti in furorem verſi ipſum diſſoluerunt vnde ⁊ hyp
politus ab hypos quod eſt equus ⁊ equa ⁊ lyo.i.diſſoluo dictus preſagio
quodam videtur: Nam ab hippolite matre id nomen prius habere potu/

Rebecca
Deianira

it. Decepit iudea Rebecca virum.ſcȝ Iſaac cuius oculi calligauerāt:luā
ꝙ progeniē id eſt filium chariorem Iacob velans hircino tergo.i.pellibus
hircorū aut caprorum:vt piloſus perciperet vt erat Eſau Comunt.ſ. De/
ianyra fatale venenum.i.tunicam ſanguine venenato neſſi intinctā. dedit

Hippodame

alcide.i.herculi alcei nepoti putatiuo. Nam amphitrioniades dicit cū Io
uis ſit filius Hippodame cenomai helidis ⁊ Piſę regis filia patrem dece
pit qr pelopi in perniciem patris nupſit. Erat enī in fatis tunc patrem de/
ceſſurū quando ille nuberet nupſit aūt ſuperata in curruli certamine dolo
tamē myrtili aurigę. Dicitur etiam hippodamia quaſi equorū domitrix

Lauinia
Briſeis

Lauinia filia latini.turno deſponſata a matre amata ⁊ enee.per oraculā
patris aſſenſum troianis multis exitij cauſa fuit Briſeis quę achilli ſorte
obuenerat quum abducta chryſeide quę agamennoni obuenerat.hāc aga
mennon vi abſtuliſſet effecit vt achilles iratus armis abſtineret multos
grecorum interemi ſineret/donec patrocli amici necem vlciſci vellet Atri/
des id eſt. Atrei filius ſaltem putatiuus agamennon:fulminat id ē ira et

Chryſeis

amore eſtuat factus demens chriſeide.i.ꝑ amorem chriſeidos filię chriſei
ſacerdotis appollinis.qui cum inſulatus in exercitū grecorum filiā repeti
tū veniſſet.nec obtinuiſſet ſequi peſtilētia ab appolline impetrata tandem
eā abduxit. Sentit ergo iras appollinis.i.peſtem qua totus exercit⁹ mul
ctabatur. Fœlicibus aruis.paradyſo.

Credite paſtores:per ruſtica numina iuro:
Paſcua ſi gregibus veſtris innoxia vultis
Si vobis ouium cura eſt:ſi deniq; vobis
Grata quies/pax/vita leues prohibete puellas:
Pellanturq; procul veſtris ab ouilibus omnes.
Theſtylis ⁊ phyllis.galathea neera lichoris.

Dicite que triſtē mulier deſcendit ad orcum
Erredijt: potuit ſi non mala ſana fuiſſet:
Euridice reuehi per quas deſcēderat vmbras.
Rapta ſequi rennu it feſſam proſerpina matrem
At pius eneas redijt: remeauit ⁊ orpheus.
Maximus alcides ⁊ theſeus ⁊ duo fratres.
Vnus equis: alter pugnis bonus: at qꝫ paleſtra.
Et noſter deus: vnde ſalus ⁊ vita reſurgit.
Hec ſunt paſtores: hec ſunt myſteria vobis
Aduertenda animi fugiunt obſcena viriles:
Femineas loca delectant infamia mentes
Vt ſemel in ſcopulos vento contortus ⁊ vnda
Nauta ſit in cautis monſtrare pericula nautis:
Sic ſenior longo factus prudentior vſu
Preteritos meminit caſus: aperitqꝫ futuri
Temporis euentus viteqꝫ pericula monſtrat.
Si fugiunt aquilam fulice/ ſi rhetis cerui:
Si agna lupum: ſi damma canem: muliebria cur non
Blandimēta fugis: tantum tibi noxia paſtor:

¶ Credite paſtores. Conuertit ſermonē ad paſtores quoꝝ docēdi grā hec de feminis dixit. Per ruſtica numina Id antique niſi ad deū ⁊ ſctōs quibꝫ arua cuſtodie ſunt referamus. Theſtilis. ⁊c̄ Harum enim memīit. Virgilius in buco. dicēs Theſtylis ⁊ rapido feſſis meſſoribꝫ eſtu. Allia ſerpillū qꝫ herbas cōtondit olentes Et iterū Iampridez a me illos abducere theſtilis orat Itē Phyllida mitte mihi meus ē natal' iolla ⁊ Phyllida amo āte alias. nam me diſcedere fleuit Itē Mala me galathea petit laſſiua puella Et Huc ades o galathea ⁊c̄ Itē Ille neeram Dū fouet Itē tua cura lichoris Perqꝫ niues aliū perqꝫ horrida ſaxa ſecuta ē Dicite ⁊ Ingenioſa excogitatio Rapte legūtur mulieres ab īferis ⁊ fere redēpte ſꝫ non rediꝫſſe Euridice orphei cōiunx cū eā ariſteus paſtor īſeqret a ſerpēte q in herbis delituit extincta ab orpheo cythare bñficio redēpta ab inferis fuit. ea lege vt eā non reſpiceret qd̄ tñ fecit vñ reuerti coacta eſt qd̄ q̄rto georgi: ora ad finem graphice deſcribit. ⁊ a boetio non ſegniter Proſerpina cereris fi

Euridice

Proſerpina

lia a plutone ſurrepta ⁊ a cerere matre inuenta redempta fuiſſet ſi nihil apud inferos guſtaſſet ſed granum pomi guſtauit vt non rideret Unde in primo georgicorum Nec repetita ſequi curet ꝓſerpina matrem. At pius eneas redijt poſtq̄ illuc duce ſybilla patres videndi gratia deſcendiſſet vt vi eneidos late dicatur Remeauit ⁊ orpheus relicta tamen coniuge Maximus alcides id eſt hercules vt perethoum redimeret. Virgili⁹. Quid theſea magnum quid memorem alciden Et duo fratres vnus ſcilicet caſtor tamen virgilius ponens nomen pronomine dixit Domitus pollucis habenis. Alter pugnis ſcilicet Pollux Fratres gemini in celum tranſlati vbi geminos conſtituunt ſignum tam latum vt dum alterum occidat alterum oriri incipiat Unde fabule locus vt alter mortalis quippe a Tindaro genitus alter immortalis vt ab ioue ſatus dicatur ſed mutua charitate ita deuincti vt immortalitatem communicarent ⁊ altero moriente alter reuiuiſcat Unde ē in ſexto eneidos Si fratrem pollux alterna morte redemit Itq; reditq; viam totiens. Melius autem legitur alter q̄ alius quia alter de duobus. alius de pluribus dicitur Et noſter deus dominus noſter Jeſus Chriſtus qui deſcendit. ad inferna ⁊ tertia die reſurrexit a mortuis Aduertenda conſideranda Animi viriles fugiunt obſcena naturaliter quidem Uſq; adeo vt qui non fugiunt effeminati dicantur aut mulieres Unde eſt illud Ennij apud Ciceronem in primo de officijs. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres Illaq; virgo viri Femineas loca delectant infamia mentes id quidem de turpibus verum eſt Ut ſenior. Vult ſibi in ea re experto fidem adhiberi ſicut nautis veteranis de periculis marinis creditur Fulice aues ſunt marine Docet aūt beluas prudentiores in fugiendis nociuis ac inſidioſis ac nos ſimus.

Gemini. Caſtor. Pollux.

Eſt in eis pietas crocodili: aſtutia hyene
Cum flet ⁊ appellat te blandius: inſidiatur.
Femineos paſtor fugito (ſunt rhetia) vultus
Non animis/ non virtuti/ non viribus vllis
Fidito/ non clipeo/ cuius munimine perſeus
Uidit ſaxifice colubros impune meduſe.
Monſtra peremerunt multi: domuere gigantes
Euertere vrbes: legem impoſuere marinis
Fluctibus: impetui fluuiorum: ⁊ montibus apris.
Sacra coronarunt multos certamina: ſed qui
Cuncta ſubegerunt ſunt a muliere ſubacti.
Rex qui paſtor erat funda. ſpolioq; leonis
Inclitus: ⁊ natus qui templa ſionia fecit

Primus ꝛ excellens inuicto robore Sanſon:
Femineum ſubiere iugum: minus officit ignis
Sara minus/romphea minꝰ/ minꝰ haſta/ minꝰ mors
Nec forme contenta ſue ſplendore decorem
Auget mille modis mulier: frontem ligat auro:
Purpurat arte genas: ꝛ collocat arte capillos
Arte regit greſſus. ꝛ lumina tempera t arte.
Currit vt in latebras ludens perducat amantem.
Vultdare: ſed cupiens ſimplex ꝛ honeſta videri:
Denegat: ꝛ purgat: ſed vult ſuper omnia vinci
Femina cechiaco (res mira) ſimillima vento ē:
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.

¶ Eſt in eis pietas crocodili Crocodilꝰ animal ē terreſtre ꝛ aquatile creſcit ex minimo ad decem ꝛ ſeptem ꝛ amplius cubitos quibuſdam egyptiorum crocodili ſacro ſancti ſunt. quibuſdam non ſunt. ſed veluti hoſtes exagitantur Unde Iuuenalis Crocodilum adorat Pars hec Eſt autem hec belua que oua parit inſtar anſerinorum contra fugaces terribilis. contra inſequentes autem fugax hebetes oculos haber in aqua extra aquam acerrimi viſus eſt Conſpecto homine emittit lacrimas mox appropinquantem deuorat Unde factum eſt prouerbium Lachryme crocodili de his qui ſub ſpecie pietatis homines fallunt Graphice ergo dicit Eſt in eis pietas crocodili Hyena autem animal eſt in aprica precipue naſcens. Utramque ei naturam eſſe non nulli exiſtimant ꝛ alternis annis marem. alterais. feminam fieri Hoc Ariſtotiles negat Collum ei ꝛ iuba continuitate ſpine porrigit flectique niſi circumactu totius corporis non poteſt Humanū ſermonem inter paſtorum ſtabula aſſimulare dicitur nomenque alicuius diſcere quem foras euocatum dilaceret Uomitionem etiam hominis imitari ad ſollicitandos canes quos inuadit. Solet preterea id animal ſepulchra eruere vt corpora inquirat Hec ſipontinus. Ob que recte dicitur aſtutia hyene.. Fidito id eſt confidito. Non clipeo ſcilicet chriſtallino ipſius palladis cuius munumine protectus. Perſeus. Meduſam interemit e cuius ſanguine natus fingitur pegaſus equus alatus Erat autem meduſa vna trium gorgorum que vnum habuiſſe oculum quo viciſſim vterentur dicuntur. Hoc eſt vnionem ſeu margaritam erat autem pulcherrima. Unde ſe inſpicientes in ſtuporem traxit Et ita in ſaxa vertere dicta eſt Hanc enim viſam Neptunus ardens amore. in templū vſque palladis in ſecutus illic oppreſſit. Unde irata dea. ipſius ca

Crocodilus.

Hyena

Meduſa

pillos ꝗbus neptuno placuerat in angues mutauit: deditq̄ vt oēs eā inſpi
cientes in lapides verterētur. Perſeus aūt ē danaes achryſij regis argi
uorū filię ab ioue oppreſſę filius. Noſtra pemerunt multi: vt Hercules:
theſeus: perſeus. Domuere gigātes: vt dij in bello gigāteo ⁊ hercules an
teū in lybia ⁊ gerionē in hiſpania. cacū in italia ⁊ alios alibi. Euertere vr
bes vt ſcipio carthaginē in aphrica ⁊ numātiā in hiſpania. greci troiam. et
alij alias. Legē impoſuere marinis fluctibꝫ. vt ceſar ⁊ auguſtus lucrino
lacui. xerxes ꝙ pontē ſuper mare extruxit. ⁊ cū dirutū videret flagellis ce
di iuſſit. ⁊ montibꝫ aſpris: vt idē xerxes ꝙ athon montē equauit ſolo. ⁊ ꝑ
te nauigabilē fecit. Iuuenal. Velificatus athos. Dicit aūt aſpris ꝑ ſynco
pam ꝓ aſperis. Sed ꝗ cuncta ſubegerūt. Iuuenal. in. vi. Nūc patimur lō
gę pacis mala: ſeuior armis. Luxuria incubuit: ⁊ victū vlciſcit orbē. Rex
qui paſtor erat David: funda ꝙ goliath ſtrauit. ſpolioq̄ leonis: quē ſe ad
huc paſtorē interemiſſe dicit. Inclitus ⁊ natus. i. filius eius Salomon: ꝗ
templa ſyonia. i. hieroſolymitana. Nā Syon ꝑncipalis ꝑs hieroſolymę ē.
De his in libris regnoꝝ ⁊ de Sāſone in libro iudicū dicit. Romphea qua
angelus a paradyſo terruit. Plebei ac triuiales ſunt ꝟſiculi. Adam: ſan
ſonē: loth: dauidē ſalomonē. Fœmina decœpit: ꝗs mō tutus erit. Frontem
ligat auro. qđ crinale vocāt. aut reticulo aureo ſeu aurato. Purpurat id ē
purpureas facit: hoc eſt rubicūdas arte. ſ. phucatoria. Lumina. i. oculos.
Currit vt in latebras ludēs ꝑducat amantē. vñ Poeta. Malo me gala
thea petit laſciua puella. Et fugit ad ſalices. ⁊ ſe cupit ante videri. Aut ad
tam reſpicit. De qua puerbioꝝ. vij. miꝝ in modū graphice loquit ſalomō
Omitto ꝟba: ꝗ in manibus ſunt. Vult dareſcꝫ ſtuprū ⁊ copiam ſui. ſed
vult ſuper omnia vinci: vt vim ſibi illatā dicat. Ceciaco vento Cecias enī
trahit ad ſe nubes quas alij venti ꝓpellunt.

Syon

Quiſquis es expertus moneo: tentare recuſa
Dum licet: hic fragilis quod habet faſtidia ſexus.
Immundum natura animal: ſed queritur arte
Mundicies. id luce opus eſt: ea ſomnia nocte
Deglabrat: lauat ⁊ pingit: ſtriat: vngit ⁊ ornat.
Tota dolus: tota ars: tota hiſtrio: tota venenū.
Conſilio ſpeculi gerit omnia. labra mouere
Diſcit: ⁊ inſpecto vultum cōponere vitro.
Diſcit blandiri: diſcit ridere: iocari.
Incedens humeros diſcit vibrare: nateſq̄.
Quid ſibi vult nudū pectus: quid aperta superne
Rimula: que bifidam deducit in vbera vallem?

Nempe nihil: niſi quo virus penetrabile ſenſum
Plus premat: ⁊ ſtygię rapiant pręcordia flām̄ę.
Hi iuuenum ſcopuli ſyrtes/ ſcyllę/ atq; charibdes.
Hę immunde phinei volucres quę ventre ſoluto.
Proluuię fęda thalamos: cęnacula menſas:
Compita: templa: vias: agros: mare: flumina: montes:
Inceſtare ſolent. hę ſunt phorcinides ore
Monſtrifico: extremis lybię quę in finibus olim
Aſpectu mutare homines in ſaxa ſolebant.

¶ Quiſquis es (expertus moneo) parenteſis eſt: tentare id ē attentare ⁊ periculum facere recuſa. dum licet. Uñ. Dum licet indigno ſubtrahe colla iugo. Et iterū. Principijs obſta: ſero medicina parat. Dum mala per longas conualuere moras. Faſtidia id eſt ſuperbus contemptus. Immundū natura animal: ſi animo vituperandi hoc diceret ineptiret. nam ſi natura immunde ⁊ cura ac arte munde ſunt. in hoc veniunt laudandę q̄ arte naturam corrigunt: verum animo dehortandi ab earum illecebris ⁊ fucata venuſtate id dicit. Id luce opus eſt id ē nihil aliud faciūt noctes ⁊ dies. ſiue noctu ⁊ interdiu. Deglabrat leuem ⁊ glabram facit cutem rugis ⁊ pilis amoris. ſtriat in tricas colligit capillos. Tota ſupple eſt: aut exiſtens dolus. tota hiſtrio. Ludia ⁊ ſcurrulis. tota venenū: quia vtrūq; vidēdo fœmina. ⁊ tactu inficit. Unde quidam Eſt tactu viſcus mulier: viſu baſiliſcus Humeros diſcit vibrare id nimium petulantes faciunt: quę humeros agitant ſicut in amplexu. Nam honeſtas matres ſtudent eſſe demiſſis humeris. ⁊ nates i. clunes. Satyricus. Tremulo deſcēdunt clune puellę. Rimula id ē fiſſura veſtium in ſinu inter mām̄illas quę bifidam id ē in binas partes diuiſam. Uirus. i. venenum quo viſa inficit. Flām̄ę ſtygię. i. infernales potius dixiſſem phlegetonte. Pręcordia ſunt tenues mēbranę circa cor. q̄ dicuntur affectionū ſiue paſſionum ſedes. Hi iuuenum ſyrtes. i. breuia vada arenoſa: in quę qui inciderit difficulter euadit. allegoricos ergo ſumma pericula intelligit: ſicut ſunt ſcylla ⁊ charibdis in mari ſiculo. Immūde phinei volucres. i. harpyę. De quibꝰ ęnei. iij. Excipiūt ſtrophades graio ſtant nomine dictę. Inſule ionio in magno quas dira celeno. Harpyęq; colunt alię phineia poſtq̄. Clauſa domus: menſaſq; metu liquere priores Triſtius haud illis monſtrum: nec ſeuior vlla Peſtis; ⁊ ira deum ſtygijs ſeſe extulit vndis Uirgineos volucrum vultus: fœdiſſima ventris. Proluuies vncęq; manus; ⁊ pallida ſemper Ora fame. Phineus autem rex Archadię liberis nouercam ſuperduxit: eoſq; vt illi complaceat excęcauit. Ob quam rem irati dij ei oculos ſuſtulerunt ⁊ immiſerunt harpyias quę illi cibum abriperent: quod ⁊ diu fœcerunt. ſed quia argonautas hoſpitio ſuſcœperat miſerunt ad eum zetum ⁊ caloim boreę regis ac ven-

Rimula
Precordia.
Syrtes
Harpyę
Phineus

ti thracię ac orithyię ab eo rapte filios: iuuenes alatos qui eas ad ſtrophadas vſq; pepulerunt. Cœnacula altiora domus: aut pro locis in quibus cenatur. Inceſtare. id eſt polluere ⁊ non caſtum reddere. Aeneidos ſexto. Et totam inceſtat funere claſſem. He ſunt phorcinedes id eſt gorgones. Ouidius. Finibus extremis lybios vbi feruida tellus. Accipit oceanum demiſſo ſole callentem Squallebant late phorcinidos arua meduſę

Per vmbꝛ intellige Gregorium thiſernum: vt ipſemet auctoꝛ dixit Thome wolfio iuniori Mātuę.

Carmina doctiloqui curſim recitauimus Umbri.
Quę ſi viſa tibi nimium prolixa memento
Ipſius id rei vicium non carminis eſſe:
Nō longū eſt carmen: mulierū amentia longa eſt.
O memorāde ſenex quo ſe vetus vmbria tantū Jan.
Jactat: ⁊ ipſe tuę tyberis conterminus vrbi.
Martia non ab re tantū te roma vocabat.
Ipſa tuas artes: ⁊ non triuilia notat
Carmina. te vita functum fleuere latinę
Naiades ⁊ graię. tua molliter oſſa quieſcant
Semper: ⁊ in ſummo o mens aurea viuat olympo.

Naiades

Olympus.

¶ Carmina doctiloqui. Nunc (vt dixi) licet aut Antonium campanum intelligere aut hetruſcum petrarcham aut alium quemuis ea tempeſtate doctum. Ipſius id rei: contra artem producit ſyllabam. Nam quinte declinationis non producunt e ante i niſi precedat i. ⁊ ita rei: ſpei: fidei: plebei penultimam corripiunt. poſſumus verſum emendare ſic. Ipſius eſſe rei vitium non carminis illud. Non longum eſt carmen. Unde Martialis. Non ſunt longa quibus nihil eſt quod demere poſſis. Martia roma: aut bellicoſa olim. aut martem auctorem habens. vnde Liuius in prefatione. Sicut populo licere oportet conſecrare origines ſuas ⁊ ad deos referre auctores. ea belli gloria eſt populo romano: vt cum ſuum conditoriſq; ſui parentem Martem potiſſimum ferat tam hoc gentes humane patiantur equo animo q; imperium patiuntur. Et non triualia: non vulgaria. Uirgilius. Non tu in triuijs indocte ſolebas. Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen? Te vita functum. id eſt defunctum. Latinę naiades. id eſt fluminum ac fontium italicorum nymphę propter ſermonem latinū: ⁊ graię. id eſt grece propter grecū. Tua molliter oſſa quieſcant. Unde prius vbi de ſepulchro leui locuti ſumus diſſeruimus. Hoc eñ ad veterum pertinet ſuperſtitionem. Nam verius Maro dicit. facilis iactura ſepulchri. ⁊ Seneca. Quid refert humi an ſublimi putreſcam? Mens aurea id eſt pulcherrima viuat olympo. i. cœlo. hoc catholico viro dignū eſt. Olympus autem Macedonię mons altiſſimus pro cœlo a grecis potiſſimum poni ſolet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Aegloga. v. q̄ dr Cādid⁹ de cōſuetudīe diuitū erga poetas Collocutores Syluanus et Candidus.

Andide nobiſcū pecudes aliqñ ſolebas  Syl.
Paſcere: ꝛ his gelidis calamos inflare ſub vmbris
Et miſcere ſales ſimul ꝛ certare paleſtra.
Nunc autem quaſi paſtores ꝛ rura peroſus
Paſcua ſopito fugis: ꝛ trahis ocia cantu.
Vos quibꝫ eſt res ampla domi: q̄bꝫ vbera vacce  Can.
Plena ferunt: quibꝫ alba greges mulctraria cōplent
Cymbia lacte niuent: ꝛ pinguia prandia fumant
Carmina laudatis. ſi quid concinnius exit.
Plauditis: ac leti placidas extenditis aures.
Pro numeris vanas laudes: ꝛ inania verba
Redditis. interea paſtor ſitit/ eſurit/ alget.
Nonne potes curare greges. ꝛ dicere verſus  Syl.
Cum vacat: ꝛ poſitis vitam traducere curis?
Omnē opam gregibꝫ paſtorē impēdere oportet:  Can.
Ire/ redire/ lupos arcere/ mapalia ſepe
Cingere: mercari paleas ꝛ pabula: victum
Querere. nil ſupeſt oci: laudabile carmen
Omnē opam totumq̄ caput ſyluane requirit.
Grande vtrūq̄ opus eſt: ꝛ noſtris viribus impar
Cum cecini ſitio: ſitienti pocula nemo
Porrigit. irrident alij tibi penula dicunt
Candide trita: genu nudū: riget hiſpida barba
Jam ſylue implumes: ꝛ hyems in montibus albet.
Jraſcor/ doleo/ indignor. fert omnia victus/

Lanicium/fetuſq₃ mares: nō vendimus agnas.
Sed quia lac paſcunt/ premitur nihil: vbera ſiccant.

ac donarijs clariſſimam . Lauerna dea a furibus colebatur cui edes e/    Sina
rat iuxta lauernalem portam .que in chriſtianum conuerſa ē vſum .Et ſi
na mons eſt (vt dicitur gala. iiij )in arabia ſepulchro diue Katherine reli
gioſus .ꝛ preceptis moyſi datis olim iam illuſtris Apex ſoractis apolli/
nis obſeruatione olim preclarus Uir. Sūme deum ſancti cuſtos ſoractis    Soracte
apollo .Nunc quoqʒ q̄ illic ſub Conſtantino nondū cōuerſo dilituit .Sil
ueſter romanorum pontifex inſignis ꝛ vallis igitur vmbroſa .in qua ille
dilituit Et iuga nurſini facto ſenis inclita .a nurſis oppido in montibꝰ
poſito aenei. vij Et te montoſe miſere in prelia nurſe. vfens .īſignem fama    Nurſa
ꝛ felicibꝰ armis Et camaldula turrita caput ſanctū .i. habēs ſctm̄ caput ꝛ
litum .i. quaſi turribꝰ inſignitū abietibꝰ q̄ arbores in montibꝰ naſcunt ſūt
qʒ q̄s ſappinos vocāt Eſt aūt nō lōge a florētia Celicole vt michael ꝛ cete
ri āgeli ī ſtna auditi. Anas auis īmūditia aquarum gaudēs .ꝛ mergus ad
limum tendens ꝛ āſer etiam illuuie aq̄rū paſtus ꝛ ibis vt ciconia cui ſitis    Anas
eſt ſerpentibus nutrita. Onocrotalus etiā obſcenitatem amās nā ab O/    Onocrotalus.
noo quod eſt inquino deduci videt Milui aues rapaces ꝛ obſcenis viuē    Milui.
tes .Fulice aues circa littora turpem victum queritantes frequentant    Fulice
ſup. paludes.

Inter montane tantos regionis honores    Alphus
Cur de menſſe nihil: nihil eſt de palmite dictum:

Hec tamen humane duo ſuſtentacula vite
Maxima: monticole veniunt ē rupibus ad nos
Hordea mercatum torui/ fuligine tincti
Setoſi/ macie effecti/ laceri ac ſituoſi.
Indigene oſtendunt que ſit natura locorum
Sed quod montanis de relligionibus inquis:
Retulit in mentem que de polluce feruntur
Que dea ſi noſti viſa ē: que candide nympha?
Dic age: nam ceptum certamen inutile nobis.
Utilior ſermo de relligione tenendus:
Balbula qui ſolitus pecudes in paſcua tecum Can
Ducere: te ſatis hoc potuit docuiſſe: quod optas
Plura quidem polluce ſuper narrata: ſꝫ ipſam Alphu.
Nec docuit nympham/ nec me queſiſſe recordor.
Nunc ſubiit mentem: cum relligionis oborta eſt
Mentio: ⁊ illarum viſa ē mihi maxima laudum.
Non erat illa drias: neqꝫ libetris: nec oreas. Can
Venerat e celo ſuperum regina: tonantis
Mater: anhelanti pacem latura iuuente.
Huic tethys huic alma ceres famulantur. ⁊ ipſe
Eolus equoreis ventos qui frenat in antris.
Hanc deus aſtrorum flammas ſuper: atqꝫ volantes
Solis equos: ſupra fulgentem caſſiopeam
Extulit: ⁊ ſacram biſſeno ſidere frontem
Cinxit: et adiecit ſubter veſtigia lunam.

Inter montane ⁊c. Obiicit alphus nullam eſſe mentionem factā de frugibus quas vberiores in equore ſeu planitie naſci contendit. De meſſe id eſt de frugibus. de palmite id eſt vitibus Mercatum ſupinū a mercor id eſt emptum. torui: quia immiti fere. ſunt fronte vſqꝫ adeo. vt immites dicantur in coribus oꝛi vnde. Maro. in buccoli. Nunc ſcio quid

ſit amor. duris in cotib⁹ illū. Iſmarus aut rhodope aut extremi garamā/
tes. Nec nr̄i gn̄is puer̄ nec ſanguis edūt. fuligine. i. pingui fumeo. Setoſi
id ē hirſuti. Juuenal. Hiſpida mēbra q̄dē ↄ dure p brachia ſete. Promit/
tūt atrocē animū. Situoſi. Valla docet ſiticuloſi eē in vſu. licēter aūt hic
vſurpat̄ ſituoſi. q̄r p regulā fieret ſitoſus. Indigene. i. inde geniti. hoc ē vt
hic accipit̄ incole. Sed qd̄. tēdit ad p̄ncipale qd̄ eſt declarare diuā p̄ginē eē
viſam polluci: hoc ē poeta: eiuſq̄ laudes accumulare: ↄ poete in religiōe vi
tā paucis ſignificare. Galbula de q̄ in polluce ſatis dcm̄ eſt. videt̄ p dimi/
nutōem dici a galba. de q̄ Juuenal. nec vilis galba tuliſſet. Polluce ſup. i.
de polluce: ē em̄ anaſtrophe. ſup āt accipit̄ cū ablt̄o p de: vt eneı. i. Multa
ſup p̄amo rogitās ſup hectore multa. Nūc ſubijt mentē. i. venit in mentē.
Nō erat illa dryas. i. dea arbor̄ ↄ p̄cipue quercuū vt diximus. neq̄ libetris
id ē vna muſar̄ q̄ liber̄ incoluīt. nec oreas: i. dea mōtiū. nā oros mons dr̄.
Tonātis. i. veri iouis cuius ē tonare. hoc ē ieſu chr̄i filij dei mr̄. ſ. Maria
Juuēte anhelāti. i. laborāti in p̄iculo vite: pacē. i. trāquillitatē mētis Te/
thys ē magna dea maris vxor oceani. facitq̄ thetyos in gtō: ↄ vtrāq̄ p̄du
cere pt̄: vt in geor. Teq̄ ſibi gener̄ tethys emat oīb⁹ vndis. Ceres dea fru
gū dicta: regina ſicilie. alma: q̄r nos ſuo inuēto alit. ↄ ipſe eolus rex vētor̄
dictus q̄ illor̄ vſum mari fecit abciſa ſylua q̄ impedimēto erat. In ātris
equoreis. i. vicinis eq̄ri. enei. i. Aeoliā venit loca fœta furentib⁹ auſtris ↄc.
Frenat. ibidē. illa ſe iactat in aula Aeolus: ↄ clauſo ventor̄ carcere regnet
Deus extulit hāc. ſ. diuā p̄ginē ſup flāmas aſtror̄. vn̄ canit̄. O glo̅ſa dn̄a
excelſa ſup ſydera. q̄r aſſumpta ē maria ad ethereū thalamū ↄc. Atq̄ vo/
lātes. i. p̄nices eq̄s ſolis. q̄s q̄ttuor. Qui in p̄nci. ij. meta. ponit̄: vt al bi di
ximus. Supra fulgentē caſſiopeā. q̄ eſt in circulo arctico effigies tn̄ corpo
ris ad eſtiuū circulū p̄uenit: quā capite ↄ dextra manu tāgit. quā p̄pe medi
am diuidit circulus lacteas nō lōge a cephei circulo locatā. vbi occidit cū
ſcorpione: exorit̄ cū ſagittario. Hāc Euripedes ↄ Sophocles ↄ alij multi
ſcripſerūt gl̄am olim fuiſſe q̄ nereidas corp̄is pulchritudīe ſuparet. p̄pter
quod in ſiliquaſtro cōſpicit̄ ſedēs: ↄ p̄tente ſe mūdo reſupinato capite ferri
videt̄. Biſſeno ſidere: vt in Apoca. xij. Mulier amicta ſole ↄ luna ſub pe
dibus eius.

Galbula. Super

Oreas
Tethys
Ceres
Aeolus

Caſſiope

Candide mira canis nullis paſtorib⁹ vnq̄ — Alphus
Cognita: quid tethys: quid fulgens caſiopea:
Aeolus equoreis ventos quis frenat in antris:
Qui ſunt ſolis equi: magna atq̄ ignota recenſes.
Sidera ſunt partim: partim ſunt numina priſca. — Can.
Omnia que pollux mihi cū narraſſet in edem
Duxit: ↄ iſta ſacer paries ait omnia monſtrat.
Pictus erat paries ſignis ↄ imagine multa.

Omnia non memini: mens eſt mihi debilis: iſta
Vix tenui. dum ſepe animo voluo atq; reuoluo.
Sępe recordari medicamine fortius omni
Iſta poteſt nigro depellere nubila cęlo
Iſta poteſt ſiccis fluuios dare frugibus imbres
Cum volet. iſta nouos duris emittere campis
Cum volet: emiſſos poterit reſtringere fontes.
Qui modo ſunt ſteriles ⁊ nudi gramine campi
Si volet: in pingues poterit conuertere glebas.
Frigida ſaturni cum ſidera ſuſcipit atro
Scorpius hoſpitio: non auferet hordea grando:
Nec domus ardebit. nam tūc hęc omnia cęlum
Dicitur iratis in terram effundere ab aſtris.
Si volet hęc nobis cuſtodiet omnia virgo:
Si fauet hęc nobis: cōplebunt horrea meſſes.
Adijcietq; gregi ſemper fętura gemellos.
Si pecus infęlix erit ⁊ ſine vellere: ſolo
Ipſa poteſt nutu dare lac: dare vellera ⁊ agnos:
Et curare greges: omnēq; auertere morbū.
Nil opus eſt modo pana ſequi: neq; cętera ruris
Numina quę veteres fruſtra coluiſſe feruntur.
Vidi ego circū aram nymphę pendere capellas/
Plauſtra/ boues/ ⁊ oues/ hic iani vidimus hircū
Et memini inſcriptam verſu hoc legiſſe tabellam.
Votū pro ſaluo ianus breue reddidit hirco.

¶ Candide mira canis. Ne cōtra decorū maiora ꝙ̄ q̄ paſtoribꝰ cōueniāt ceciniſſe puteſ caſtigat poeta dicēs a polluce didiciſſe. Sidera ſunt partim vt caſſiopea. Et iſta ſacer paries. ſ. q̇ erat in ęde ſacra. Sepe recordari ſub/audi ē: fortius oī medicamīe. Fluuios imbres. i. effluētes ⁊ abūdātes Flo/

ues fontes emittere qđ vſu veniſſe varia loca p̄dicāt. Frigida ſaturni. Id
ēn̄ pgnoſticon ē future calamitatis. i. culmoꝝ p grādinē deiectōis. Vn̄ dē
Maro geor. p̄mo. Hoc metuēs coeli mēſes ⁊ ſidera ſerua Frigida ſaturni
ſeſe q̄ ſtella receptet. qꝛ vt amor noſter interp̄tat: dū in ſcorpiū venit grādi
nē generat ſaturni ſidus. ſed diua v̄gine intercedēte nō auferet hordea grā/
do. nec domus ardebit. i. nec cōburet fulmine Foetura. i. foecūda p̄ductio foe
tus. Maro. Si foetura gregem ſuppleuerit aureus eſto. Adijciet. ſ. ad gre
gem: gemellos. i. geminos foetus. Si pecus infoelix. i. morbidū ⁊ miſerabi
le fuerit. Bene aūt conuertit ſermonem ad rem paſtoralem. Solo nutu: Pan
ſolo indicio capitis. Pana deū paſtorū de quo Maro. Pan curat oues
ouiūq; magiſtros. Cetera numina: vt palem: apollinē: faunos: ſiluanos:
egipanas: ſatyros: cererem: bachum: ⁊c̄. Nymphe. i. diue v̄ginis eterni pa
tris ſponſe Capellas. id eſt capras cereas. hircū iani. i. quem ianus puta/
rat amiſſum cum a puero in vepribus alligatus eſſet: vt prius vidimus.
Eſt autem artificioſe hoc dictum: Nam ſic otius dicta veram hyſtoriam
aſſerit. Erat autem hircus cereus aut depictus: vt patet ex carmine. Mo
ris eſt autem italorum in tabellis votiuis depingere caſus ſuos ⁊ miracu
loſas deliberatōes aut reꝝ recuparatōes. vn̄ ⁊ Amaſiꝰ poeta Nūc dea nunc
ſuccurre mihi: te poſſe mederi Picta docet tēplis multa tabella tuis

Dumq; ea p̄legerē: pollux hec carmina ſupplex
Ante aram genibus poſitis in marmore dixit.
O dea que ſeruas vrbes ⁊ rura: precamur
Ne padus exundet: ne ſtrix nocturna per vmbras
Hauriat infantes: nec eant per compita larue.
Diua faue agricolis: talpas occide malignā
Aggeribus peſtem: gelidis ſata leta pruinis
Quando bruma venit conſpergere diua memento.
Ne tinee erodant anno frumenta ſequenti.
A boree flatu pingues defende mariſcas.
A gruis ore fabas: ⁊ ab anſere farra paluſtri:
A ſerpente boues. a vulpe ⁊ fure cohortem
A bruco erucas: a brumma ⁊ grandine vites.
A vi ⁊ fraude lupi pecus: a rubigine fruges.
A rabie catulos a flāma ⁊ fulmine villas.
A murū inſidijs petaſonem: a milite pernas.

A campe ⁊ pigris: pigris. heu cętera neſcit
Mens oblita ſequi: numerus me in verba reduxit.
Sępius in numeꝝ rediens obliuia forſan
Mente abigam. retrogradior: numerūq recurro.
A murū inſidijs petaſonem: a milite pernas
A campe: ⁊ pigris virides limacibus hortos.
Alphe viden quę vis numeri: iam cętera cerno
A tonitru reboante cados: a frigore fętas.
A grauibus vitulos oeſtris: a gutture porcos:
Anginoſo. operas pubes ne ruſtica perdat:
Adſis o dea: neclędant examina fuci.
Neu milium furentur aues: neu vellera ſentes
Succida: neu lappas apprendat lana ſequentes:
Diua gubernatrix hominū: cuſtodia vatum
Diua laborantū requies: medicina dolentum
Et tutela gregum noſtris precor annue votis.
Talibus orabat pollux: ego poſtibus hęrens
In baculū pede porrecto recitata notabam
Altius: ac memori condebā ſingula mente:

¶ Dumq ea plegerē. Oſtēdit pollucē in religione memorē paſtoꝝ atq o
rare p reꝝ ruſticaꝝ cōſeruatōe. vīī. carmē eius depcatoriū recēſet. Perlege
rē ſcꝫ oculis nō ore. nā (vt dixi) picturę ſunt indoctoꝝ libri. ea ſcꝫ q̄ depicta
dixit. In marmore. ſup marmor pauimēticiū. Ne padus exūdet. q̄ ſępe vt
Maro dicit fluuioꝝ rex eridanus: camposq p oīs. Cū ſtabulis armenta
trahit. Ne ſtrix nocturna. Id ex ruſticoꝝ ſupſtitione. q̄ putāt ſtriges et la
mias noctu volare q̄ infantes auferāt edēdos. qđ fictū ad terrorē puerorū
ne noctu vagentur auctor eſt Porphirio ad illud Hora. in arte poe. Nec
Lamia Strix. quodcūq velit poſcat ſibi fabula credi. Neu pranſę lamię viuū pueꝝ ex/
trahat aluo. Perottus aūt dicit de ſtrigibꝫ ſic. Striges nō a ſtringēdis in
fantiū corpibꝫ: vt qdam falſo exiſtimāt. ſed a ſtridore nomē habēt. Fabulo
ſumq eſt q̄ eas tradūt vbera infantiū labris immulgere. Aues ſunt noc/
turne. Luca. Qđ tepidus bubo qđ ſtrix nocturna q̄ritur. Conſtat tn̄ in
maledictis iā eſſe ⁊ etiā apud vetuſtiſſimos fuiſſe. accipitq p maleficis mu

lieribus que noctu gradientes infantium corpora ſanguinem ſugendo ex
hauriunt Nec eſſe Hauriat igitur .i. exhauriat ſanguinem ſugendo nec/
larue id ē cacodemones ac lemures hoc eſt nequam ſpiritus q̄ vagari putā
tur z dur in nocui ſunt lares dici . Talpam appoſitorie malignam peſtē
aggeribus id eſt cumulis terre Ne tinee .ſ. niuales aut alij vermiculi vt
limaces .bruci tinee blacte Mariſcas id ē ficus Anſere paluſtri id ē in do
mito in paludibus verſari ſolito . A ſerpente boues q᷑ in aluū imitti ſolēt Brucus
Cohortem id ē gregem A bruco id eſt vermiculo caules z erucas que ſala
tes ſunt herbe de paſcere ſolito A. brumma id ē brumali frigore ea rubigi
ne .in fecta pluuia que rubiginem inducit . Catulos id ē catellos villas id
ē domos in agro Petaſonē id ē anteriora crura ſuum a milite id ē ſtipēdia
rio franci architenentem francum appellant A campe id ē vermiculo il
lo hortenſes maxime herbas z arborum frondes erodere ſolito vnde colu Petaſo
mella. Nec ſolum teneras audent erodere frondes . Implicitus conche li/ Campe
max hirſutaq̄ campe Fingit autē ruſticum oblitum carminis vt decoru/
ſeruet Que vis id ē virtus: numeri id ē rythmi z metri quia metra iuuant
animos id eſt memoriam Unde ille Numeros memini ſi verba tenerem. Cados.
A. tonitru reboante cados id ē vaſa vinaria in quib᷒ per vehemens toni/
tru vina obuerti ſolent z in vappam mutari Fetas .i. grauidas oues eſtris
quos latini aſilos vocant Maro geor. iij. Cui nomen aſilo Romanū eſt Oeſtrum
eſtrum graij vertere vocantes Uitulos ardente ſole nimium excruciāt: z ī
fugam quaſi furentes vertunt A. guture anginoſo Is em̄ ſuibus pecula
ris eſt morbus Operas id eſt labores diurnos Feci veſpe ſunt .inutiles a
pes aut muſce non mellificantes .ſed mella furantes Unde dicit maro. de
apibus Ignauū fucos pecus a preſepibus arcent Examina autē ſunt apū Angina
ſeu apium fetura Iuue. Examenq̄ apium longa cōſederat vua Milium Fucus
legumen. vt quidam volunt a mille dictum q᷑ milleſimum reddat tamē pri Examen.
mum corripit vt Geor. i. Et milio venit annua cura Uellera ſuccida. id Milium.
eſt cum lana nōdum lota ſeces .i. ſpine z vepres hirſuti Lappas .i. nodu/
los hirſutos in lappa herba creſcentes Memori mente. vt vero ſimile
faciat.

Candide polluci pro ſollicitudine tanta Alpha
Pro precis offitio: pro relligione putaſne
Dandum aliquid nobis : pietate peculia creſcunt.
Quid ni aliquid dandum ē: op⁹ ē perſoluere crates Can
Ruſticus es: crates enim pro gratibus inquis Alph.
Crates z grates paruo diſcrimine diſtant. Can.
Dandum aliquid neu his detur: ſine paſca reuerti:
Quando ſacerdotes commiſſa piacula ſoluunt.
Quid dabimus: vituli grauis ē iactura: vel agnū Alp

Uel leporem: pietas etiam laudabilis anſer.

Dona docet tempus : lepores brummalia dona Lan

Dando niue hyberna currendi erepta facultas:

Anſer ad autũmni finem: nonaſq; kalendas

Pertinet: eſtatis coryli: noua poma: racemi

Munera lactantes hedi ſunt veris: ⁊ agni

Tunc ſi te cordis aliquem. conſpexeris egrum

Attenuem: qui nec vendi nec viuere poſſit:

(Munus erit ſolemne ſatis donabimus agnum.)

Ipſe mihi cum iam regredi poſt prandia vellem

Carmina de nymphe ſolemnibus eruta faſtis

Tradidit: ⁊ dixit ſi quando grauabere curie:

Hec cane: pro mentis medicamine carmen habeto

¶ Candide polluci. Oñdit poeta hoc figmento paſtorũ aium ad grati/tudinem vt ad eam inuitet non immemor pfeſſionis ſue pietate .i. elemoſy/nis pie exhibitis. pecu lia .i. poſſeſſiones Opus eſt perſoluere crates. Ut riſum excitet facit ruſticum crates p grates dicere Danduz aliquid ſo/ne his detur ſine .i. permitte paſcha reuerti piacula .i. pctã expiatõe digna

Lepus

ſoluũt .i. abſoluũt iactura id ẽ amiſſio etiam anſer ẽ pietas id ẽ elẏna lau/dabilis Dona docet tempus .i. p tempore danda ſunt dona qr habẽt ꝛ ob ſonia ſua tempora vnde .lepores dñt dari in media hyeme quãdo nix alta i pendit aufugere Anſer ad autumnuz ⁊ kalẽ. nouẽ. pertinet Coryli .i. auela ne ⁊ noua poma ⁊ racemi ſunt munera eſtatis Hedi ⁊ agni lactẽtes id ẽ ad/huc lac ſugentes ſunt munera veris .i. verni temporis De cordis id ẽ feno autũnali Qui nec vẽdi ⁊c̃ morẽ ruſticorũ ſatyrice deſcribit q̃ donũt q̃d ꝛeti/nere nõ pñt Carmĩa ſcꝫ ſequẽtia de nymphe ſolẽnibꝫ eruta faſtis .i. feſtis

Quando molorcheo titan deſcendit ab aſtro

Pronus: ⁊ aſtreẹ iam limina virginis intrat

Uirgine letetur pubes ⁊ cana ſenectus:

Tranſijt ad ſuperos: ⁊ olympica regna petiuit.

Ogdoas vt toto iam tertia fluxerit orbe:

Feſta dies iterum: natalia virginis aras

Ignibus illuſtrãt. offert noua liba ſacerdos

Libra redit noctes properans equare diebus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exultat picenus ager: vehit adria puppes.
Illiricas ⁊ chaonias: cum mercibus adſunt
Tuſci/ vmbri/ veneti/ ſiculi. lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt: votiſqꝫ ſolutis
In ſublime iugum leti ad commercia tendunt.
Et cum teſſalicas curſu breuiore ſagittas
Sol ſubit: ⁊ frigent vrentibus arua pruinis.
Clauſa gynecei ſacris penetralibus hauſit
Corde deum toto proprios oblita parentes
Et cum ſemiferi fugiens chironis ab arcu
Languet ad hiberni glatialia limina capri:
Induat ornatas ⁊ mas ⁊ femina veſtes:
Leticiaqꝫ diem celebrent: quo ſemine ſacro
Coniugis annoſus grauidam pater imbuit aluum.
Illa dies etenim ſancte primordia nymphe
Fecit: ⁊ in noſtras vetuit deſcendere ſordes.

Quando molorcheo Docet de quibus temporibꝫ agant ſolemnia feſta diue virginis .vt feſtum aſſumptionis in medio auguſti quando ſol dereliquit leonem ⁊ ingreditur virginem Unde idem in parthenice mariana Terga ferę titan nemeę extrema tenebat Fulgentem cratera inter clarā qꝫ coronam Sequitur autem in hac re opinionem Nigidij qui hunc leonem tradit a luna iuſſu Junonis in terra archadica ⁊ regione nemeę educatum .⁊ e inde i exitium herculis demiſſum .quē hercules iuſſu euriſthei/ claua quam a molorcho hoſpite acceperat interfecit Itaqꝫ poſtea claua ꝓ gladio pelle ꝓ ſcuto vſum herculem fuiſſe Leonē vero a iunone inter ſidera relatum qui ad occaſum ſpectās ſuꝑ caput hydre conſtitutus eſt Quādo igitur titā .id eſt ſol deſcendeit pronus ab aſtro molorcheo id ē .a leone claua molorchi interēpto(Eſt aūt lōge petitū epithetum )⁊ intrat iam limina virginis aſtreę .i. iuſticie ꝟginis que aſtrea dicta celum petijt .ſed vt dicit Oui. Ultima celeſtum terras aſtrea reliquit tunc ſup pubes id ē iuuenes pubeſcētes ⁊ ſenectus cana .i. cenes caneſcentes letet ꝟgine .ſ. maria quia ſup. nunc tranſijt ad ſupos ⁊ petiuit regna olympica id ē celeſtia Ogdoas deſcribit feſtū natiuitatis diue ꝟginis dicēs vt .i. poſtqꝫ tercia ogdoas .i. octaua aut terti⁹ octonarius numer⁹ Eſt em̄ ogdoas ogdoados numer⁹ octonari⁹ q̄ ē replicato p⁹ aſſūptionē habet natal' ꝟgis fluxit iā toto orbe iterꝫ ſup .ē feſta dies qꝫ natalia ꝟgis illuſtrāt aras ꝟgis igib .i. lu

Leo celeſtis.
Molorchus
Aſtrea.
Ogdoas

minibus .ſacerdos offert noua Liba id eſt libamina Libra ſ. ſignum re dit pperans id ē feſtinans equare noctes diebus quia paulo poſt ē equinoctium autūnale Maro. Libra die noctiſq; pares vbi fecerit horas agerpicenus exultat ſ. feſto ſolemni adria .i. marę adrianum vehit puppes illiricas ⁊ chaonis .i. peroicas id ē vehemētes illiricos ⁊ chaones ſeu epirotas lauretum viſentes tuſci adſunt cū mercibus .i. rebus venalibus ⁊ vmbri ⁊c̄ in iugum ſublime vbi edes eſt diue virginis qđ celebratur cū ſol ſubit curſu breuiori q: tunc bruma eſt ſagittas teſſalicas .i. ſagittariū ſignum quod chiron theſſalicus cōſtituere dicit quia tunc clauſa ſacris penetralibꝫ ſcilicꝫ templi gynecei .i. ſecreti v̄ginum Eſt em̄ id eſt gyneceum locus vbi mulieres verſantur vbi clauſa hauſit deū toto cordę oblita ꝓprios parētes q: ſoli cōtēplationi diuine vacabat nil terrenū ſapiens Hoc ūt feſtum celebratur xi. ka. decēbres Eſt cum ſemiferi ⁊c̄ deſcribit feſtum cōceptionis eiuſdem diue virginis ſequens ordinē calēdarij non rei geſtę q: prius cōcepta q̄ preſentata fuit Et cū ſol fugiens ab arcu chironis .ſ. ſagittarij ſemiferi id eſt centauri .Centauri em̄ ſūt populi teſſalię qui primi equos illic aſſenderunt Unde procul viſi crediti ſunt vmbilico tenus equi Unde fabula orta vt inferne equi ſupne homines dicāt languet quia parum habet caloris .ad limina glacialia .i. ad ingreſſum frigidum .capri id eſt capricorni hiberni id eſt hiemalis ſigni. tūc ſuppleat mas ⁊ femina induat ornatas veſtes .i. nō ornates ⁊ celebrent leticia ſubaudi cum .i. letentur diem quo pater .i. ioachim (vt potior eſt ſnīa) annoſus .i. vetulus .imbuit ſemine ſacro .i. puento ab originali macula .aluum coniugis ſ. anne grauidam Etem̄ illa dies fecit primordia id eſt cōceptum ſcē nymphe id ē ſponſe altiſſimi patris .⁊ noluit deſcendere in noſtras ſordes ſcꝫ originalis peccati in quod omnes preter hanc de ſemine nati deſcenderunt.

Gynecium

Centauri.

Cum volat imbrifera lampas phebea ſub vrna
Ad vernos reditura dies: iam proxima veri:
Ite nurus omnęs: ſacros altaribus ignes.
Tura focis: faculas manibus datę: ducite pompā.
Attulit in templum noua dona puerpera virgo
Quando gregis princeps aurato vellere fulgens
Incipiet cephiris aperire tepentibus annuꝫ
Et dare maiores luce q̄ noctibus horas:
Alger occultam reuocat paranymphus in edem.
Et noua miranti referat mandata puelle.
Feſta dies tuſcis populos de collibus omnes
Cogit: ⁊ agricolas vocat ad florentia templa.

aliger

Angelus

Tum quoqꝫ ſed tenui virgo prius interuallo
Nupſit: ⁊ hec teneris lux eſt celebranda puellis.
Quando ſub extrema cancri teſtudine phebus
Voluitur: ⁊ reuehit vicina canicula morbos:
Iure piam celebrare diem: redit hoſpita mater
In proprios a matre lares altaria circum
Primitias cereris gemine ſuſpendite matri.
Iſta dedit pollux: vigilans que in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas: dum nocte ſerena
Miliciam celi ſparſoſqꝫ examinat ignes.
His quoqꝫ plura dedit: ſed carmina plura referri
Non ſinit extremū deponēs veſpera ſolem.

¶ Cū volat. Docet qñ celebrandū eſt feſtū purificatōis aut verius pñtationis ⁊ apparitōis chriſti: quo pñtatus ē a diuo virgine in tēplo. Ordo ē cū lāpas phœbea: id ē ſol: volat ſub vrna imbrifera. i. ſub aquario adhuc exiſtēs: reditura ad dies ꝟnos: q̄ incipiūt in martio. exiſtēs iam prima veri. o nurus. i. nupte oēs: ite date ſacris altaribꝫ ignes. Date focis tura. date manibꝫ vr̄is faculas ducite pompā. i. letas ſupplicatōes ſeu ꝓceſſiones. quia ꝟgo puerpa. i. que ꝟgo ꝑmanens puer̄ pepererat: attulit in templum noua dona. qꝛ puer̄ q̄ datus eſt nobis: hoc eſt deū incarnatū ⁊ de virgīe natum. q̄ duo maxime ſunt noua: nec prius viſa: nec deinceps videnda.
¶ Quādo gregis princeps. Deſcribit feſtum annunciationis ⁊ incarnationis dominice: quod in martio celebratur ſole exiſtente in principe gregis. i. ariete. Paranymphus. id eſt pronubus Gabriel archangelus. aliger quia alati pingunt̄ angeli. Miranti: quia turbata eſt in ſermone eius. Luce p̄. Noua mādata: qꝛ Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū. Arnicolas. i. arnū amnē colentes: cuius accolas q̄dam fluentinos volunt appellādos. Unde non ſemel pro florentia fluentia. ⁊ pro florentinis fluentini leguntur. Id aūt feſtū florentini p̄cipue celebrant. Nō eſt aūt legendū aruicole quaſi arua colentes: quia illi vbiqꝫ ſunt: arnicole in tuſcia tantum. Arnicole]
¶ Tum quoqꝫ. Tāgit feſtū nuptiar̄: qꝛ prius nupſerat. nā cū eēt deſponſata miſſus ē angelus ⁊c. tenui. i. modico interuallo. i. ſpacio tp̄is. Eſt autē ſpondaicus ꝟſus. ⁊ hec lux. ſcꝫ nuptiar̄: puellis teneris: nubere ſperantibꝫ
¶ Quādo ſub extrema cancri ⁊c. Diſerte docet feſtū qđ viſitatōis nomīe celebratur ſexto nonas iulias: potius dicendū reuerſionis. qꝛ ſtatim vt cōcepit abijt cū feſtinatōe in mōtana. ⁊ māſit illic mēſes tres vſqꝫ poſt natiuitatē diui ioānis p̄curſoris dn̄i. ¶ Qñ igiť phœbꝫ. i. ſol voluiť ſub extrema teſtudine cancri. id eſt in extrema parte que teſtitudinata videtur. et cani-

cula ſcz cœleſtis: vicina ſcz mox oritura: reuehit morbos. celebrate diē diuā id ē pij officij cure: q̄ mater. id ē pregnās ꝟgo: q̄ etiā ab Eliſabeth mr̄ vocata ē: q̄ vnde mihi hoc vt mater dn̄i mei ꝛc. qḋ de ea potius q̄ꝫ de alia pregnāte dicit. q̄ ꝓ eū quē geſtabat certa erat etiā partu futura mater. Hoſpita ſcz Eliſabeth: redit a mrē. ſ. Joānis: in ꝓprios lares. i. ſuas edes. ſuſpēdite ergo circū altaria gemine mrī. ſ. marię ꝛ eliſabeth. q̄ a q̄buſdā vocatur feſtū eliſabeth. Primitias cereris. i. nouas fruges q̄ tūc mature ſunt Iſta dedit pollux: dū examinat ignes: id eſt dū ꝓturē ſcrutat̄ aſtrorū. Heſpera. i. veſperus aut veſꝑ ꝛ veſperus ꝛ veſperugo: ſtella illa veſpertina que mane lucifer dicitur. — Veſperus

**❡ Aegloga nona que dr̄ Falco de morib⁹ curie Romane. Colloquutores Fauſtulus ꝛ Candidus. Poſt religionis ingreſſum.**

c Andide quo caſu patrijs ꝓcul act⁹ ab oris — Fau.
Hec in rura venit: hic paſcua nulla nec amnes
Nec liquidi fontes: nec ouilia rura: nec vmbre.
Et tamen aſſiduos gregis hec paſcūtur in vſus
Fauſtule me noſter corydon q̄ plurima quondā — Can.
His armenta locis habuit magnamq̄ peculi
Congeriē fecit: pecori me credere adegit
Eſſe ſalutares iſtis in montibus herbas.
At poſtq̄ꝫ ſegnes agros ꝛ inertia ſaxa
Uidimus: ꝛ ſiccis arentem fontibus vndam
Penituit longeq̄ vie patrieq̄ relicte.
Poſtq̄ꝫ te incolumē ſaltus intrare latinos — Fau.
Contigit: antiqui potes hec mea tecta ſubire
Iure ſodalitij. ſunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca: meq̄ vix ſufficientia vite
Quicquid id eſt: cōmune puta. tibi forſitan vlla
Proſpera ſors aderit. fortuna ſimillima vento eſt.
Caricee ſuccede caſe: dum preterit eſtus.

Dum grex in gelida procũbens ruminat vmbra:
Pone pedum. diſcumbe parum: recreabere potu.
Potu opus eſt. potu iſte grauis compeſcitur eſtus.
Pocula prende. fluet melius poſt pocula ſermo.
Pocula quis tanta demens eſtate recuſet? Can.
Vina ſitim minuũt: animiq; doloribus obſtant. Fau.
Vina vt amicicias vires ita corporis augent.
Hec parit ora bonos: ſi patria vina: racemos. Can.
Funde iterum: potare ſemel guſtare: ſecũdus Fau.
Colluit os potus: calefacta refrigerat ora
Tertius. arma ſiti bellumq; indicere quartus
Aggreditur: quintus pugnat. victoria ſexti eſt.
Septimus (xenophili ſenis hec doctrina) triumphat.

Candide. Inſcribitur hec que compoſita eſt in gratiã falconis Sinibaldi patrĳ romani prothonotarĳ apoſtolici: apoſtoliciq; fiſci cuſtodis. de quo in epigrãmatis mentio frequẽs. eſtq; de moribus curie romane. Inducitur autẽ Candidus perſuaſus a corydone cum pecore romam pfectũ relictis patrĳs paſcuis. cuius incepti cũ ſero peniteret. occaſione cuius multa dicũtur in deteſtationẽ auaricie romane curie. Hec in rura. i. romana (pretéribo eñ que nota ſunt) iure antiqui ſodalitĳ. id eſt ſodalitatis et hoſpitalitatis. Fortuna ſimillima vento eſt id ẽ maxime incerta et inconſtans: Carice caſe id eſt tecte carice que eſt herba acuta. Maro. Et carice paſtus acuta. Pone id eſt repone aut depone vt quieſcas: pedum. i. virgã paſtoralẽ qua pedes ouium capiunt et dirigunt. Inuitat autem ad potandum: nec abnuit Candidus vt ſi qua petulãtius in curiam romanam dicta ſint a potis dicta cenſeantur. Animiq; doloribus obſtant. vnde bacchus lyeus que curas ſoluat et liber que ab eis liberet dictus eſt Vina vt amicicias. quia compotando trahitur magna familiaritas. et omnis: quia compotrix eius eſt. Salomon et Cicero comparant vina et amicicias in hoc que vtraq; quo veteriora eo meliora putentur. Hec ora id ẽ regio parit bonos racemos. ſi hec vina ſunt patria. id eſt in hac patria nata. Vnde Fauſtulus. Potui magis q̃ verbis intentus inquit funde iterum: quia potare ſemel eſt guſtare. i. pitiſare dũtaxat. Secũdus potus. i. hauſtus colluit. i. irrigat penitus os. Tertius refrigerat ora calefacta. Quartus aggreditur idicere ſiti adhuc pdominãti bellũ. Quintus pugnat. Victoria ẽ ſexti ſcz hauſtus. Septimus triumphat. ſcz de ſiti. Hec doctrina eſt ſenis Xenophili id eſt amatoris vini, vt ſupius docuimus.

Carex
Pedum
Bacchus.

Res eſt conſilijs ſecura fidelibus vti. Lan.
Utile doctrinis prębere ſenilibus aures.

Victa ſitis: mens ęgra manet: curęq; ſuperſunt.
Ut ſędata ſitis ſic mens ſedabitur ęgra. Fauſtulus
Funde merum bibe: cardiaco medicina dolori hęc.
Utitur ad curas iſto medicamine roma.
Omne opus atq; labor vult interualla: quieſcat Lan.
Obba parum. contra muſcas impone tabellam.
Non madet imbre dies: nec habet nox humida rorem.
Creſcere nec duris poſſunt in cotibus herbę.
Importuna fames: labor improbus: aeris ardor
Confecere gregem macie: vix debile corpus.
Spiritus ęger agit: vacua cute porrigit oſſa
Clunis: ⁊ exilis caua contrahit ilia venter.
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat.
Nunc oue debilior pauldoq; fugaciter agno eſt.
Hęc mihi. ſed nimiũ me ardentia vota ferebant.
Omnia diuino prędixerat omine cornix.
Uix egreſſus eram limen: cum triſtia portans
Auguria a dextra venit: tegetiſq; ſiniſtrę
Culmine conſedit: preſſoq; minaciter ore
Vociferans iter auſpicio prohibebat aperto.
Heu pecus infęlix quod lacte ⁊ prole ſolebas
Affluere: in noſtris licuit dum paſcere campis.
Gramina dum quęris: ſucci plus perdis eundo
Q̄ referas paſtu: ſimul hic tabeſcimus ambo
Tu tenui victu: curis ego victus amaris.

¶ Res eſt cõſilijs. Graphice docet q̄d curę valeāt: q: victa ſitis ſup. eſt: ſꝫ mens ęgra manet curęq; ſupſunt. Ad qd̄ Fauſtulus. Ut ſitis ſedata eſt: ſic mēs ſedabit̄ ęgra. Cardiaco medicina dolori hęc. Hęc medicina. ſcꝫ frequēs potus ē medicina dolori cardiaco. i. cordis. quę q̄ patiunt̄ nimiū ſitiunt. Uñ Iuue. Cardiaco nūq; cyathum miſſurus amico. dr̄ aūt a cardia q̄ grece dr̄ cor. Quieſcat obba. i. lagena lato fundo. vñ a Perſio dr̄. Seſſilis obba. Impone tabellā cōtra muſcas Importuna fames q̄ importuna ē de via feſſis. labor iprob9. i. aſſiduus ⁊ ita iprobidus. Maro. Labor oīa vincit Improb9. ⁊ ardor aeris. cōfecere gregē macie. i. emacerauerūt. ſed plus ē cōfici macie q̄ emacerari. q: qd̄ cōficit̄ deficit. Uēter exilis. q: vacuus. Diuio omine. i. a dijs portēto: aut diuinādi vim habēre. Maro. Sepe malū hoc nobis ſi mēs nō leua fuiſſet. De coelo tactas memi p̄dicere quercus. Sepe ſiniſtra caua p̄dixit ab ilice cornix A dextra venit. Cicero tñ de diuia. ſcribit coruū a dextra: a ſiniſtra cornicem facere ratū. Uñ hic potius videt̄ dōm leua. vel addit. tegetiſq; ſiniſtrę. Culmie cōſedit. vbi. ſ. viſa ē. ⁊ q: ſola infauſti ē augurij. vt Plinius docet. Teges dr̄ tugurīū. Uociferās ē eni infœlicis garrulitatis auis. Auſpicio apto. i. manifeſto. Prohibebat iter. i. pfectōem. In nr̄is. ſ. mātuanis q̄ referas paſtu. i. a paſcēdo. eſt eni nomen. Simul hic tabeſcimus ambo. tu ſcꝫ infœlix pecus: tabeſcis ſupple tenui victu. i. pœnuria victus ⁊ inedia ego ſcꝫ tabeſco victus curis amaris.

Cardiac⁹ dolor

Obba

Teges.

O noſtra regionis opes: o florida prata
O campi virides: o paſcua lęta: ferapꝫ
Et nunq; ſine fruge ſolum: currentia paſſim
Flumina per villas: riui per rura per hortos.
Hinc pecus: hinc agri pingues: ſub ſidere cancri:
Cum tritura ſonat paſſim: cum iulius ardet:
Arua virent. textę lento de vimine ſepes
Poma ferunt. redolent ipſis in vepribus herbę.
O nemorꝫ dulces vmbrę: molleſq; ſuſurri:
Quos tecū memini gelidis carpſiſſe ſub vmbris.
Turturis ad gemitus: ad hirūdinis ac philomenę
Carmina: cum primis reſonant arbuſta cicadis.
Aura ſtrepens folijs nemorum veniebat ab euro:
Et baccata ſuper tendebat brachia cornus.
Ipſe ſolo recubās pecudes geſtire videbam

Atqꝫ alacres teneris luctari cornibus agnos.
Poſt ſomnos per gramen humi nunc ore ſupino
Aut flatu implebam calamos: aut voce canebam:
Pectore nunc prono rutilantia fragra legebam.
Uiuere tum fęlix poteras: diciqꝫ beatus. **Fauſtulus.**
Sed bona q̄ nondum fueras expertus acerbam
Uilis erat tibi/ teqꝫ ideo fortuna reliquit.
Quando iterū veniet/ veniet ſi forſitan vnq̄ꝫ/
Sicut capreolis ſurſum nitentibus hęrent
Stipitibus vites/ ſtringuntqꝫ tenaciter vlmos.
Sic illam tu prende manu: neu deſere prenſam.
It: redit: effigiem mutat: nec imagine conſtat:
Par lamijs quas nocte ferunt errare per vmbras:
Mobilis vt facies: ita mens. deludere gaudens
Quod dederat tollit. penſi nihil. omnia caſu.
Qui nimiū metuunt ſapiuntue: repellit ⁊ odit.

¶ O noſtrę. Cōtinue ſunt verba Cādidi Nā fauſtulus ſe latinū ſignificauit atqꝫ in ſua patria eſſe. Omnia aūt vſqꝫ adeo facilia ſunt vt vel nimia expoſitio videat̄ inanis. nihil tamē eſt abiectius dictū q̄ꝫ huic ſtilo cōgruat. Arua vitent. Ut quantū lōgis carpēt armēta diebꝫ. Exiguus tantum gelida ros nocte reponat. Sepes poma ferut. Mirā narrat fertilitatē nō raram italię: vbi in vnis hortis poma vitē fruges ⁊ legumina nō ſemel vno anno colligas. Redolēt ipſis in vepribus herbę. Id quoqꝫ veri: q̄ ſponte naſcūtur. Molliſqꝫ ſuſurri. ſ. fontium ⁊ apium. Maro. Sępe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Eſt aūt ſuſurrus raucū ⁊ leue murmur. Gelidis ſub vmbris. Idem. Hic inter flumina nota. Et fontes ſacros frigus captabis opacum. Turturis ad gemitus. q̄ eius cantus eſt gemitus. Idē. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Ad hirundinis ac philomenę carmina. Hę eni auicolę dulciter canūt. Maro. Hinc alta ſub rupe canet frōdator ad auras. qd de philomena intelligi poſſe docet Seruius. Cicadis: Idem. Sole ſub ardēti reſonāt arbuſta cicadis. Ab euro id eſt oriente Cornus baccata aut brachia baccata id eſt baccis ornata. hoc ē cornis. Idē. Uictū infœlicē baccas lapidoſaqꝫ corna. Dant rami. Et in eodē: iij. enei. Baccatāqꝫ iugis naxon. Solo recubās. Idem. Recubās ſub tegmine phagi. Geſtire id ē geſtu alacritatē pdere. At voce. Idē. Nec ca

Suſurrus.

lamis ſolum equiparas ſed voce magiſtrum: Rutilanti. qꝛ matura. Fra/
gra legebã. Idẽ. Qui legitis flores ꝛ humi naſcẽtia fragra. Viuere tum
felix poteras diciq̨ꝫ beatus. ſed bona fortuna erat tibi tum vilis ꝙ nõdũ
fueras expertus acerbã. Id vero verius ẽ. Vñ dici ſolet. Dulcia nõ meru/
it q̃ nõ guſtauit amara. Et ſic. Dulcia nõ ſapiũt cui nõ guſtant amara Et
ideo: qꝛ deſpecta tibi fuit fortuna reliquit te. Id quoq̨ꝫ mortaliter quo ſua
deꝰ õſenti vti fortuna. qꝛ multis dilatio nocuit. Vñ Luca. Tolle moras:
nocuit ſemꝑ differre paratis. Quãdo fortuna veniet iterꝫ (ſi veniet forſitan
vnq̨ꝫ bona parẽtheſis. q̃ incertitudinẽ fortune ſignificat. ſicut vites herent
ſtipitibꝰ id ẽ palis. hoc eſt ad palos. capreolis. i. chordulis q̃buſdã ad hoc
natis nitentibꝰ. i. tendẽtibus ſurſum. ſic prende manu illã ſcꝫ fortunã, neu
idẽ neue deſere prenſam. i. ſemel cõprenſam. Fortuna it ꝛ redit ꝛ mutat ef
figiem: nec cõſtat imagine id ẽ nec ſeruat ſemꝑ eandẽ imaginẽ. par. i. ſimi/
lis lamijs. i. mulieribus que ſe trãſfigurare dicũtur. Penſi. i. excogitati et
deliberati: nihil ſcꝫ habens omnia caſu ſcꝫ faciens. repellit ꝛ odit q̃ nimiũ
metuit. Vñ dictũ a Marone. Audaces fortuna iuuat. aut vt alij legũt:
audētes. Vepro vel: qui nimiũ ſapiunt. qꝛ vt Philo. docet: quãto plus eſt
ſapiẽtie tanto minus fortune. qꝛ ſapiẽtes ſunt prudẽtes oĩa ꝓſpiciẽtes ꝑuſ
q̃ eueniãt: ꝛ ita pauca eis a caſu ꝛ fortuna obueniũt.

Delicias patrij quotiens reminiſcimur agri: Can.
Ferre tot erumnas animo non poſſumus equo.
Sed quo mente feror? caſu afflictatus acerbo
Unde magis crucier: felicia tempora voluo.
Maius adeſt: florent vites humileſq̨ꝫ geniſte:
Jam ſpicata ſeges: malus iam᷑ punica multo
Flore iubet. redolent ſepes albente ſabuco
In patria: per rura padi: per paſcua minti.
Hic vero necdum incipiũt pubeſcere montes.
Quod ſi vere ſolum torpet: quid frigora brũme:
Solſticiumq̨ꝫ feret: gelidis cum terra pruinis
Albicat: ꝛ rapido cum celum incanduit eſtu!
Sunt tamen hic armenta: quibus cutis vuida ceruix
Non ſignata iugis: gemino frons ardua cornu:
Luxurianſq̨ꝫ toris pectus. niſi pabula carpam:
Non erit hac tanta humectũ pinguedine corpus.

Hęc armenta q̃bus caput a tellure leuatur Fauſtu.
Altius: ⁊ cui ſunt longa internodia crurum:
Cuncta vorant. herbas primũ: mox ore ſupino
Arboreas frondes: ſummeq; cacumina ſyluę.
Hoc imbelle pecus quod humi naſcentia tantũ
Gramina decerpit: vacuis ieiunat in aruis
Quid verbis opus eſt: cũctis animãtibꝰ vna eſt Can.
Conditio: ſemper maiora minoribus obſunt.
Agna lupo: mites aquilis ſunt prędaa columbę:
Innocuos delphin venatur in ęquore piſces.
Unde fit hoc: certe res prodigioſa videtur:
Hęc loca ſi procul hinc videas e rupibus altis
Pingue ſolum: ⁊ multo veſtitũ gramine dicas.
Quo magis appropias tãto magis omnia ſordent.
Hoc eſt roma viris auibus quod noctua trunco Fau.
Inſidet: ⁊ tanq; volucrum regina ſuperbis
Auibus a longe plębem vocat: inſcia fraudis
Turba coit: grandes oculos mirantur ⁊ aures
Turpe caput: roſtriq; minacis acumen aduncum.
Dumq; ſuper virgulta agili leuitate ferũtur
Nunc huc: nũc illuc: aliis veſtigia filum
Illaqueat: retinent alias lita vimina viſco
Prędaq; ſunt omnes veribus torrenda ſalignis.

¶ Delicias patrũ ⁊c. Permanet q̃rulus cãdidus: vt tandẽ pueniat ad mores curię romanę notãdos. Unde magis crucier. q2 ſummũ infœlicitatis genus ẽ fuiſſe fœlicẽ. Maius. ſ. mẽſis floridus. Iã ſpicata. i. in ſpicas formata. Malus punica. i. q̃ aurea mala fert. Albẽte ſabuco: ſ. floribꝰ: cũ acinos nigerrimos habeat. Per paſcua minti. p mintiũ p apocopen aut ſincreſim. Pubeſcere. i. frondeſcere. Q; ſi vere. i. tpe verno: de quo dcm̃ eſt. Nunc oĩs parturit arbos. Torpet cõſtrictũ frigore iacet. Quid frigora brumę ſupple feret. qd ſolſticiũ ſcʒ eſtiuale feret. Brumę inquã gelidis cũ terra pru/

nis albicat Solſticium autē rapido cū celū incāduit eſtu Lucis vuida .i. glabra ⁊ nitida Horatius Me pingez ⁊ nitidū bñ curata cute viſes .Lex uix nō ſignata iugis.i.q̄ nōdū portauerunt iugū Luxuriāſq̄ toris pectus qđ īdiciū bonū iudicat Maro.allegoricos aūt vult diuites ōnia īgurgi/ tare vt docz manifeſte Fauſtul⁹ Vñaddit Lādid⁹ Sēp maiora minorib⁹ obſūt Agna ē lupo p̄da mites colūbe ſūt p̄da aq̄lis Delphin q̄ balenas ⁊ cete alete dicit᷑ qꝛ itrat ora ⁊ egredit᷑ cū ſequētes piſculi in aluum balene de mittantur Unde quidā latronē apellāt Venatur .i.inſidijs capit qꝛ nihil eſt pnici⁹ eo Multa aūt p allegoriā dicūt᷑ Hoc ē roma viris id eſt capta/ trix oſtentat em̄ ſe placitā ⁊ opulētā ⁊ aduentantes media cōfici ſinit qđ noctua auib⁹ que ad mirationi eſt eis ⁊ ita circūuolātes capiūt᷑ aut viſco / aut thete⁹ Lita id ē illita a lino vimia idē virgule aut ptice pue Sūt p̄da horrēda verib⁹ alij verub⁹ legūt ſz ⁊ maro verib⁹ dixit Pars in fruſta ſecāt veribuſq̄ tremētia figūt Salignis aūt .i. ex ſalicib⁹ qꝛ talib⁹ vtūt᷑ ruſtici Veru

O bellum hoc: poterit dici nihil aptius vnq̄. Can.
Sed procul en colubꝛ tortos in puluere greſſus
Flectit: ⁊ expertis ſitiens ferit aera linguis.
Candide que moneo memori ſub pectore ſerua. Fau.
Quando inter ſilguas gradeꝛis defende galero
Lumina: namq̄ rubi pretēdunt ſpicula longis
Dentibus: ⁊ curis diſcerpit pallia mucro:
Nec depone pedum: multaq̄ armare memento
Cote ſinum: ne te ſubito nouus opprimat hoſtis.
Et perone pedem tegito.ſpineta colubris
Plena hominum vite morſu inſidiantur amaro.
Et nunc longa dies eſtu facit acre venenum.
Mille lupi totidem vulpes in vallibus iſtis
Luſtra tenent: ⁊ quod dirum ac mirabile dictum ē:
Ipſi homines (huius tanta ē violentia celi)
Sepe lupi effigiem moreſq̄ aſſumere vidi:
Inq̄ ſuum ſeruire gregem: multaq̄ madere
Cede ſui pecoris.factum vicina ridet.
Nec ſcelus exhorret.nec talibus obuiat auſis.

Sepe etiam miris apparent monſtra figuris:
Que tellus affecta malis. in fluxibus edit.
Sepe canes tanta in rabiem vertuntur. vt ipſos
Uincant cede lupos: ⁊ qui tutela fuerunt
Hoſtiles in eunt animos: ⁊ ouilia mactant.

O bellū hoc aſſectatorū more vt Perſi⁹. i. dicat laudat dictū Fauſtuli qd' tā hic amice fieri poteſt vez oñdit colubrū īſidiari cātātibꝫ exertis liguis. Ab ex ⁊ ſero Maro Et liguis micat ore triſulcis Defēde galero. i. largo pileo ruſtico Curu⁹ mucro. i. pugio ſpinaꝝ Nec depone pedū. i. baculū paſtoralē Multa core. i. duris lapidibꝫ Nou⁹ hoſtis. i. impulſus ⁊ ſerpectat⁹ ſerpēs Et perone. i. calceamēto ruſtico crudo corio cura ābire ſolito Spineta. i. loca ſpinis ⁊ vepribꝫ cōſita. Maro. Nūc etiā virides occultāt ſpineta lacertos Sepe lupi effigiē Maro ī phamaceutria His ego ſepe lupū fieri ⁊ ſe cōdere ſyluis Meri ⁊c Id aūt archadibꝫ dictū ē euenire ſolitū ſed ſic ītelligo lupos fieri v ſocij vlixis facti ſunt ⁊ vrſi ⁊ leones ac porci q eoꝝ mores aſſūpſerūt vñ furaces ⁊ rapaces ſignificat Sz ad fabulā q̄z reſpicit nā effigiē dicit ⁊ mores Aug. docz ī italia viſū eē q̄buſdā q ī aſinos eēnt ꝟſi ⁊ ita ſubire onera a cōiugibꝫ īpoſita more aſioꝝ Mal' īfluxibꝫ. i. ī malfluētijs Acri pfecto aceto cōſpgit romāos q̄ſi vero celū id faciat Canes ouilia mactāt Nota allegoria ī platos q̄ ſubditos ſpoliant.

Galerus
Pedum

Pero.
Spinetum

Fama ē egyptum coluiſſe animalia quedam:
Et pro numinibus multas habuiſſe ferarum
Iſta ſuperſtitio minor ē q̄ noſtra. ferarum
Hic aras habet omne genus. contraria ferte
Nature res atqz deo. qui dicitur olim
Prepoſuiſſe hominem cunctis animātibus vnum.
Sepe etiam morboſa. eſtas: ⁊ peſtifer annus
Ingruit: ⁊ paſſim languēs pecus ōne per arua
Sternitur extincte dum balat ad vbera matris
Agnus obit. moritur duro ſubpondere taurus
Nec modus ē morbo: non ē medicina veneno.
Sed vicina domus vicino a limine mortem
Haurit: ⁊ aſſidue ſumunt contagia vires.
Iſta feras raro peſtis rapit. vtile ſemper

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fert pecus .extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi: noſtraq; fere iactura opuleſcunt.
Heu heu ꝗ̄ preceps miſerum me in ſania traxit — Can.
Credite fallaci grauis ē dementia fame.
Romuleos colles tyberim/romanaq; tecta
Audieram .ꝛ ſtudio mens ē accenſa videndi:
Ducendiq; bonis in tot preſtantibus euum
Acceſſi cum parte gregis .tentoria demens:
Totum pene larem cum paſtoralibus armis
Trans iuga ſumma tuli/mulctralia/cymbia ahena;
Et cacabos/ꝛ quo formatur caſeus orbem
Phagineum .impenſam atq; operas amiſimus omnes:

Fama ē egyptū Docet ōne gen⁹ ferap habere aras ſuas rome .i.ōne ge/n⁹ vitioſorū eē in honore ꝛ ꝑcio Qd iuue.ſatyra prima grauiſſe docet .aſ/ſerēs non niſi flagitioſos exilio ꝛ carcere dignos ſublimari ꝛ ideo iqt Aude aliquid breuib⁹ gyaris aut carcere dignū Si vis eē aliqd Fama ē egyptū Idē docz Idē .iuue.ſatyra xiiij. Quis neſcit voluſi bithynice qlia demēs Aegyptus portēta colat crocodilon ad orat Pars hec illa pauet ſaturam ſerpentib⁹ ibin ꝛc̄ Multas ferarum .i.multas feras Iſta .ſ. egyptiorū ſu/ꝑſticio Supſtitioſop ꝛ de lirātiū religio minor ē ꝗ̄ noſtra .i.romana q2 fe/rarū hic aras hab3 omne gen⁹ Prepoſuiſſe vt ī paradiſo Gene.i. Dn̄ami/ni piſcib⁹ maris ꝛ volatilib⁹ celi ꝛ vniuerſis aiantib⁹ q̄ mouēt ſup terram Sepe etiā morboſa eſtas Hoc q3 verū Pec⁹ ōne id q2 paſtor dicit ſ3 ꝛ ho/mines plurimi peſtilētia ab.uini illic quotānis ſolēt Dū balat id ꝓpriū ē ouis vt boare bouis .ꝛ mugire tauri Morit duro ſub pōdere taur⁹ Hec ōnia nimis grauiſſe habētur Geor.iij. Ecce aūt duro fumās ſub vomere taur⁹ Cōcidit ꝛc̄ Hec modus .i.finis eſt morbo Non eſt medicina veneno .i.affectōi venenoſe ibidē Que ſiteq; nocēt artes ceſſere mgri Phillyrides . chirō amythaoniuſq; melāp⁹ Iſta feras rato peſtis rapit .id qdē verū ꝛ tn̄ nō ita mltiplicant vt pecudes Opuleſcūt .i.opulēte ꝛ diuites fiūt vt fere ſit nomē nā ſi fere ſcribit refert ad lupos Credere fallaci ꝗuis ē demētia fame ꝓuerbiale Sēſus aūt ē le tractū fama q̄ erat ōnes q̄ Romā accederēt di/tari illuc cū pecore cōmigſſe ꝛ cū armis paſtoralib⁹.q̄ ꝑphiſe enumerat. Mulctralia vaſa ī q̄ lac trahit ꝛ mulget Cymbia vaſa ī morē cym/barum in que tranſfunditur .ahena id eſt lebetes ex ere factos Et ca/cabos aliud genus vaſis .quidam chaldaria vocant. — Balare, Boare, Mugire, Mulctra, Cymbia. Cacabus.

et quo forma

eũr caſeus orbẽ .i. vas rotundum q̃ inprimiẽ Unde a forma formaginem
vocat apuleius vnde gallicũ vocabulũ Hunc vt charum oſtendat phagine
um .i. ex phago cõmemorat tornatũ. Impenſam .ſ. pecuniã atq; operas ꝗ
miſſimus oĩes .que erat vox corui aliquando Rome venũ expoſiti.

Quid faciam: quo me vertam: ſperata negantur
Pabula: tot caſus: tot vbiq; pericula. cogor
In veteres remeare caſas: ⁊ cepta fateri
Coſilijs egreſſa malis. iterumq; pereſtus.
Et montana pati longos per ſaxa labores.
Heu pecus infelix: o leuo ſidere paſtor
Huc auecte. fuit multo preſtantius iſtud
Ignoraſſe ſolum: patrioq; in limine tutos
Conſumpſiſſe dies: gelidis ſenuiſſe ſub antris:
Atq; padi circum ripas artheſi ſue per agros:
Aut vbi per virides campos ⁊ paſcua nota
Mintius it. vel qua vitreo natat abdua curſu
Conſediſſe gregem pauiſſe ſalubribus herbis.
Te tua credulitas: ⁊ me mea fallit in horas Fau
Vidi ego ſupreme qui proſperitatis habebam
Culmina: dum laudata petunt: cecidiſſe: nec vnq;
Emerſiſſe malis. facit experientia cautos.
Hi prius explorant: ⁊ non laudata ſequuntur
Omnia laude carent que ſunt meliora. fuerunt
Non ego que famam retinent: ac nõia ſeruant
Cuncta ſuis pollent vicibus. luna, adria, troia
Saluia: quas nobis memorabat ſepius vmber:
Nomine ſunt ſolo: deleuit cetera tempus.
Si minor ẽ patria forſan modo gloria nrẽ:
Res tamen ẽ melior. laudate gloria rome

Quanta ſit: in toto nõ eſt q ui neſciat orbe.
Fama quidẽ manet. vtili tas antiqua receſſit:
Illi priſ. a quib⁹ maduerũt paſcua fontes.
Nunc humore carent. venis aqua deſu it hauſtis.
Nulla pluit nubes. tyberis nõ irrigat agros.
Tempus aquęductus veteres contriuit: ⁊ arcus:
Et caſtella ruunt. procul hinc procul ite capellę.
Hic ieiuna fames: ⁊ languida regnat egeſtas:

¶ Quid faciã. Deſperãtis vox. Et cœpta fateri. Cõcilijs egreſſa malis. qđ ſumme dolendũ innuit vergiliana iuno. Aenei. i. Mene inceptis deſiſtere victã. O leuo. i. ſiniſtro ⁊ inimico ſidere paſtor huc auecte. potius ꝙ aduecte dicit. q² a bonis paſcuis ad ſterili a migraſſe dolet. Iſtud ſcꝫ ſterile ⁊ ſceleratũ. Patrioꝗ in limine tutos. Cõſumpſiſſe dies: repete fuit multo tutius. Atheſiſve ꝑ agros. Qui fluit ex tridẽtinis alpib⁹ tridẽtũ alluit et veronã diuidit. Minti⁹ fluuius mãtuanus nõ lõge a mãtua in padũ influẽs ſepe cõmemorat⁹. Abdua q̃ a ſtrabone adua đr fluuius ex ꝟbano lacu ortus in padũ q̃ꝗ ĩcidit. Verban⁹ ãt vt larius ⁊ benacus ex alpib⁹ ortũ habet atꝗ incrementũ. Cõſediſſe. a cõſilio. i. locũ habitatõis cepiſſe. vt enei. i. Vultis ⁊ his mecũ ꝑiter cõſidere regnis. gregẽ pauiſſe repete vt dixi fuit multo ſalubrius. Te tua crudelitas. Docet nõ facile credendũ. In horas ⁊ nõ in oras legendũ. ſed ſcđm Vallã. q² nõ ponit̃ nota excrementi potius diceret̃ in horã Vidi ego. a certitudĩe augmentat̃. q² plus valet oculatus teſtis vnus ꝙ auriti decẽ. Ordo eſt. Ego vidi eos q̃ habebãt culmia id ẽ ſummitatẽ ſupmę: i. ſumme ꝓſꝑitatis: alludit ad rotã fortunę: cecidiſſe dũ petũt laudata. q² ſepe q̃ bona ⁊ lęta videntur vertunt̃ in peius. vñ dici ſolet. Dij bene vertãt. Nec vnꝗ ſcꝫ poſtꝗ ſemel inciderãt emerſiſſe malis. i. caput extuliſſe e malis quib⁹ obruti erant. Facit expientia cautos. et ideo ſenes difficulter inducũtur ad credendũ: q² multã expĩetiã fraudis habent. hi ſcꝫ cauti explorãt. i. exq̃runt ⁊ examinãt ꝑus ⁊ nõ ſequunt̃ omnia laudata: ſed quę compererint bona. quia ſepe laude carẽt quę ſunt meliora ſcꝫ laudatis Nõ nego: id eſt fateor. fuerũt ſcꝫ multa quę retinent famã ac ſeruant nomina: cum nihil habeant rei. ſed cuncta pollent ſuis vicibus id eſt viciſſitudinibus. vnde Comicus. Rerũ viciſſitudo eſt Luna: adria troia: ſaluia. hę vrbes quas vmber id eſt doctus ille cuius ſepe meminit memorabat nobis (hoc ſemper ne contra decorum plus ꝙ vt paſtori competat ſapere dicatur) ſunt ſcꝫ nunc ſolo nomine: quia tempus deleuit cetera: quia omnia ſeneſcunt ⁊ labeſcunt in tempore. Vnde. Tempus edax rerũ et cetera. Luna ciuitas olim hetrurię ad macram fluuium iacebat de q̃ Lucanus. Hoc propter placuit tuſcos de more vetuſto. Acciri vatem: quorum qui maximus æuo. Arnus incoluit deſertę mœnia lunę. Interijt eñ nunc: ſed regio adhuc Iuuenalis nominatur. Adria quoꝗ vrbs ita/

Athesis — Mintius — Abdua — Luna — Adria.

